# GLOSSARIA LATINA

## IUSSU ACADEMIAE BRITANNICAE EDITA

IV

PLACIDUS, FESTUS

EDIDERUNT

J. W. PIRIE · W.-M. LINDSAY

FACOLTÀ DI MAGISTERO
Istituto di Filologia Latina e Medioevale
INV. N. 5573

NER 921

ISTITUTO DI FILOLOGIA LATINA E MEDIOEVALE
FACOLTÀ DI MAGISTERO
Università di Bologna

1965

GEORG OLMS VERLAGSBUCHHANDLUNG
HILDESHEIM

Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Paris 1930
Mit Genehmigung des Verlages Les Belles Lettres Paris
Printed in Germany
Herstellung: fotokop, Reprografischer Betrieb GmbH, Darmstadt
Best. Nr. 5100864

# PLACIDI GLOSSAE

EDIDERUNT

J. W. PIRIE · W.-M. LINDSAY

# PRAEFATIO

## I. DE GLOSSARIO BIMEMBRI.

Placidi Glossarium in aliquibus codicibus Romanis (Vat. lat. 1552 ; 3441 ; 5216) saec. xv[1] et saec. xvi servatum est, de quibus disputavit Goetz in praefatione vol. V Corporis Glossariorum Latinorum. Eorum archetypum siglo *R* indicamus. Eius archetypi fratrem gemellum (*G*) adhibuit Ansileubus, qui dicitur, dum Librum Glossarum illum condit quem in vol. I huius collectionis edidi ; gemellum (*P*) adhibuit conditor PP Glossarii (cf. vol. I praef p. 10) in Hispania confecti. Nec dissimilem codicem (*B*) adhibuit conditor glossarii Bedo-Placidei quod est in foll. 162-223 codicis (Vat. lat. 1469), anno 908 p. C. exarati (cf. Pirie, Bulletin Du Cange II 185). Testibus de pleno glossario *R G P B* accedit testis (*Anth.*) de glossarii parte ; nam rhetor Africus quidam, qui partem (lib. VII sqq.) eius Anthologiae Salmasianae confecit quae est in codice Parisino 10318, saec. vii° in Hispania exarato, ex glossis pseudo-Placidi miram suam praefationem concinnavit, quam infra exhibeo. Hispanus etiam est codex *P*, et Hispanum fuisse archetypum aliorum, *R G B*, collige ex Plac. F 3 (nostris *B*, nsis *G*, usu *R* ; cf. ps. Plac. P 14, ubi pro *Q. Fabius* habent *G P* quamvis, *R* quavius), neve oblitus sis doctrinam Africorum solere per Hispaniam transmitti.

Et Goetz quidem inter editores huius glossarii idcirco laudandus est quia primus agnovit duas glossarii bimembris partes, scilicet Placidi glossas, quibus primum locum in editione nostra dedimus, et pseudo-Placidi glossas, quibus tertium ; idcirco autem culpandus quia plurimas glossas et a Placido et a pseudo-Placido alienas excepit, partim codicibus Libri Glossarum mendacibus, partim suae divinationi confisus. Hic igitur non reperies turbam illam quam sub titulis ‘ Placidus Libri Glossarum ’ et ‘ Placidus Codicis Parisini ’ in pp. 48-158 voluminis V Corporis Glossariorum Latinorum vir doctus congessit ; plerasque enim tacite abiecimus, aliis sub titulo ‘ Dubiae Glossae ’ secundum locum in editione nostra dedimus.

Bimembre autem glossarium esse inde apparet quod in singulis glossarii capitulis glossae eae quas pseudo-Placidi glossas dico (‘ glossas breviores ’ dicit Goetz) aut post aut ante Placidi ipsius glossas stant. Sic enim tota collectio est disposita :

A Plac., ps.-Plac.
B ps.-Plac., Plac.
C Plac., ps.-Plac.
D ps.-Plac., Plac.
etc.

Et post P-capitulum, vel potius P-capituli primam partem, ps.-Placidus nullus est. Unde collegi (*Journ. Phil.* XXXIV 256) nescioquem ps.-Placidi glossas (A-P) in codicem suum Placidi glossarum (A-U) inseruisse.

## II. DE GLOSSIS PLACIDI GRAMMATICI.

Edidit Keil in vol. VI Grammaticorum Latinorum (p. 275) fragmentum breve sub titulo ' Ars Grammatica Accepta ex Auditorio Donatiani ' ; ex auditorio Bobiensi, ni fallor, provenerunt ea quae in vol. VII (pp. 541 sqq.) edidit de Vergilio (v. g. 542, 43 Rapti : cursim facti) et aliis scriptoribus in auditorio lectis. Non ' Glossae Placidi ' (i. e. glossae quas grammaticus noster undique collegit) sed ' Accepta ex Auditorio Placidi ' debet esse titulus huic farragini praefixus. Et auditor ille, qui tam vilem doctrinam a Placido traditam et male accepit (cf. A 75 Agoniae ; C 39) et male edidit (cf. A 2 et 69 ; C 18 et 25 et 28 et 31), non indignus erat doctore tam indocto (cf. F 4 ; M 9) et tumido (cf. L 1). Nam grammaticus noster Christianus (cf. E 29 ; 32) magis Afer quam vafer fuisse videtur, neque ullo modo memoriam apud posteros est meritus. Atqui Isidorus ex eo (et ex ps.-Placido) materiam hausit (cf. Wessner, Herm. LII 263), nec nihil interest auditorium saeculi puta quinti quasi per transennam aspicere. Legisse enim cum discipulis suis Vergilium (1) videtur (cf. I 45 Inburim) et Sacram Scripturam (cf. C 79 Cinericiae oves), necnon declamationes nescioquas sive alienas (cf. E 30 ; N 12) sive suas (cf. I 29 ?) ; quamvis ad discipulorum suorum suasorias et poeticas exercitationes credam plurimas glossas spectare. Bonae locutionis auctores profert Vergilium (cf. P 1), Ciceronem (cf. S 1), Sallustium (cf. M 4), Lucanum (cf. P 6).

Sed cur in rebus trivialibus immoror ?

## III. DE GLOSSIS DUBIIS.

Ansileubus qui dicitur (immo, ni fallor, Adalhardus ille Corbeiensis) iussit monachos suos in Libro Glossarum (*Ansil.*) concinnando indiculum fontis ad marginem singularum glossarum adscribere, velut ad glossas ex glossariis Abstrusa et Abolita sumptas DE GLOSSIS (DE GLS, GLS), ad glossas ex Placido sumptas PLACIDI DE GLOSSIS (PLACIDI, PLAC, PLI, PL) ad glossas ex Orosio

(1) Velim scire utrum ex Donati commentario aliquid hauserit (v. g. A 75 ; O 25 ; S 12 ; 21). Huc saltem respicio quoties Placidus cum glossario Abstrusa conspirat (v. g. O 13 ; Abstr. OB 38-9).

sumptas PAULI OROSII (PLI, PL, OROS), ad glossas ex Pauli abbatis libro de Orthographia sumptas PAULI (PLI, PL). Quae omnia in praefatione vol. I exposui.

Unde orta est confusio, praesertim sicubi fontis indiculus marginalis compendiose erat adscriptus, ut saepissime ad glossas Placideas adsit indiculus DE GLOSSIS, et indiculus PLACIDI ad glossas Abolita et Abstrusa, minus saepe ad glossas Orosianas (cf. Ansil. CI 390 ; IS 73 ; OL 59) et Paulinas. Saepe etiam, sicut in praefatione vol. I (p. 7) dixi, suspicio oritur marginalem indiculorum seriem primo esse descriptam, textum postea, ita ut indiculi cum glossis male congruant ; accedit quod in angustis paginarum marginibus indiculi saepe ita sunt positi ut vix dicas ad utrum duorum versuum, priorem an posteriorem, revera spectent (cf. Ansil. NE 289). Porro cum nonnumquam in alio codice indiculus hic, in alio indiculus ille exhibeatur, necesse est ut codicum de hac re testimonia multo accuratius colligamus quam collegit Goetz. Quae igitur glossae indiculo PLACIDI (PLAC etc.) in Libri Glossarum aliquo codice ornatae, nec tamen in codicibus Romanis repertae, a Placido manifeste alienae sunt, eas intra uncinos quadratos collocavimus ; ceterae sunt plus minus dubiae, cum solae codicum Romanorum glossae sine dubio Placideae sint. Et quamvis in Glossario PP locus in fine ordinum Placidearum proprius glossarum esse appareat, res non adeo certa est (cf. Mountford, Bulletin Du Cange I 33) ut audeamus glossas solam hanc ob causam, quia in fine ordinum inter alias Placideas in hoc glossario stant, in textum admittere, quamquam in apparatu nonnumquam eiusmodi glossas commemoravimus. Neque ex dispositione glossarum in Glossario Bedo-Placideo quidquam satis certum elucet. Id igitur egimus ut codicum Libri Glossarum indiculis marginalibus, quotquot nobis noti sunt, apparatum criticum nostrum instruamus, de codicibus *P* et *B* ea quae necessaria ad κρίσιν faciendam videntur adiciamus.

## IV. DE GLOSSIS PSEUDO-PLACIDI.

Inter Papyros Oxyrhynchenses sunt fragmenta codicum adnotationibus sive brevibus sive longioribus hic illic ornatorum (v. g. Pap. Ox. 409, saec. II ; 1011, saec. IV ex.). Ex eiusmodi adnotatione scriptorum antiquiorum marginali Nonius materiam hausit, sicut docui alibi (Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin, Oxon., 1901) ; ex eiusmodi adnotatione scriptorum antiquissimorum marginali materiam hausit pseudo-Placidus. Et cum ea adnotatio saepe doctrinam priscorum glossographorum servaret, non mirum est et Nonium et pseudo-Placidum saepe cum Festo (i. e. Verrio Flacco) consentire. Quo consensu pseudo-Placidi cum Festo fretus nuper v. d. Gul. Baehrens affirmavit pseudo-Placidum ex Festo, non ex codicibus Plauti Ennii Lucilii ceterorum, materiam hausisse (Herm. LX 396). Cui statim contradixit Pirie (Class. Quart. XXII 107) ; neque credo editorem Festi ullum posthac ausurum esse ex ps.-Plac. O 1 colligere in Festi libro non solum lemma Obstipum (210,11) sed etiam lemma Obstipiculum fuisse.

Non tamen meum est hic tantas lites componere. Illud potius quaerere libet, quo consilio pseudo-Placidus hanc collectiunculam antiquissimorum vocabulorum congesserit. Festina collectio et Noniana quo tendant manifestum est omnibus ; haec autem collectiuncula quid sibi vult ? Adhibuit eam, sicut iam dixi, rhetor Africus qui suas et discipulorum poeticas exercitationes in Anthologia Salmasiana (lib. VII sqq.) publici iuris fecit, et idcirco adhibuit ut praefationem obsoletis exculcatisque verbis impleret et parentibus discipulorum suorum iniceret doctrinae suae ipsius admirationem. Quem si non modo adhibuisse sed etiam confecisse eam affirmabis, non habeo quod contra dicam.

Sed ne hanc quidem rem possum diiudicare. Malim igitur experiri an possim praefationem Anthologiae in veriorem formam redigere et vocabulum quodque ps.-Placideum sua interpretatione ornare (cf. Goetz, Dunkel-und Geheim sprachen = Bericht. Sächs, Gesellschaft, 1896) :

1 Hactenus me intra vurgam (bulgam ??) animi litiscentis (lat– ?)
2 inipitum tua heretudo (–rit–), instar mihi luminis (nu– ?)
3 extimand<a> (aest–), ea<m>de<m> normam redubiārĕ (–uvi–) cōnpēllĕt (–it).
4 Sed antistat (?) gerras meas anitas diributa (–bita),
5 et pos artitum Nasonem quasi agredula
6 quibusdam lacunis baburrum stridorem
7 averruncāndūs ōblāt[e]rō (?). Vos etiam, viri obtimi (opt–),
8 ne mihi, in a[n]ginam vestrae hispiditatis arnan
9 ti, cataclum cārmĕn īnrēptĕt, ad rab<i>em meam
10 magi copertit (convertite ??) cicuresque conspicite, ut alimones
11 meis car<i>natoriis quam censiōnes (–nis ??) ēxtētīs.
12 Igitur conrumo (?) sensu meam returem quam
13 vis vasculam (ves–) Pieridem. Actutum de vobis
14 lampenam comtulam spero adiutanamque (–tamentaque ?)

---

1. Bulgam, i. e. saccum. Vix burgum. Vix urvum. latescentis, i. e. latentis. De forma lit– (sicut cludo ?) cf. ad Gloss. Corp. L 208 Litescere (lat– ?) : latere.|| 2. inipitum i. e. inretitum. heritudo, i. e. dominatio.|| 3. reduviare, i. e. mutare, innovare, sicut anguis pellem. Cf. reduviae. Vix cf. ps. –Plac. 11.|| 4. gerras, i. e. ineptias. ant. Cf. Plac. A 48 Antistat : meliores sunt ; Fulg. Serm. Ant. 28 Antistare dicimus praecellere ? *An* antestat<ur>, i. e. testatur ? anitas, i. e. senectus. dirib. Cf. Plac. D 24 Diribita : digesta vel separata ?|| 5. pos., i. e. post. artitum, i. e. artibus edoctum. agredula, i. e. rana parva.|| 6. baburrum, i. e. stultum, ineptum.|| 7. averruncandus, i. e. abominandus. obblatero *docti* (*recte* ?) : blatero *docti* (male ; nam clausula vetat).|| 8. aginam, i. e. trutinam. hispiditatis, i. e. trucis animi. arnanti, i. e. murmuranti.|| 9. cataclum, i. e. clodorum (–dum ?).|| 10. magi, i. e. canis (cf. ps. –Plac. O 2) ? cicures, i. e. placidi. alimones, i. e. alimentum praebentes.|| 11. carinatoriis, i. e. maledicis (pro male conditis versibus). censiones, i. e. mulctam imponentes.|| 12. conrumo, i. e. favorabili ? Cf. ad Gloss. Abol. CO 8. returem, i. e. aperiam. Cf. Non. 167,4 Returare aperire.|| 13 vesculam, i. e. valde minutam. Cf. Non. 186, 35 Vescum minutum. Vasc. tuetur Goetz ; cf. Ansil. VA 184 Vascum (–stum ?) : inanem vel nugatorium. Pieridem, i. e. Musam. Cf. Fest. 236, 1 Pierides Musae etc. actutum, i. e. statim, continuo.|| 14. lampenam, i. e. stellam. Cf. ad Plac. L 17.

15 oupedia praesumentis. Iam non ex<h>ippitandum
16 sed op[p]itandum sibi ēssĕ cōnicctăt.
17 Ergo bene pedam (?) me [h]ac pudori oitimum co<l>luca
18 ri (–locārĕ ?) cēnsētĕ.
19 Quoniam si haec nec crepera[t] extiterint nec fracebunt
20 quae alucinari, velut vovinator (bo–), adactus sum,
21 voti vobis damium usque ad exodium vitulanti<b>ūs
22 cŏhăcmĕntĕm (coagm–).
23 Quis enim me sonibium (–ivi–) et non murgissonem fa
24 bula autamabit (–tum–) quam mentorem
25 exfaballibit (exfabillābĭt) āltĭbŭāns (–boans) ? Unde faborem (pavore me ?) exfe-
26 fellibrem, ut apludam <h>armoni<a>e temsore (?) a me, [bruate
27 velut ambrone, collectam adoreos vertātĭs īn strūp
28 pās (–os).

De hac farragine quid credendum est ? Equidem non habeo cur credam bimembre Placidi glossarium quod nunc extat praesto fuisse praefatori. Unde enim ea vocabula, quae omnino sunt indolis pseudo-Placideae, *sonivium*, *struppos*, *vitulantibus*, etc. hausit, siquidem in bimembri glossario vocabula pseudo-Placidea in P-capituli prima parte deficiunt ? At enim vocabula praefationis aliquot Placidea sunt, non pseudo-Placidea (v. g. *lampenam*). At possunt ea quoque revera esse pseudo-Placidea, scribarum glossarii (*R*( incuria primum praetermissa, deinde in imis vel summis marginibus adiecta, unde in gregem Placideum transfugae inviti fierent. Neque habeo cur credam praefatorem ex aliis glossariis monstra verborum extraxisse. Quae enim restant (*oblatro* ? *coaugmentem*, etc.) sunt quidem a nobis aliena, non tamen ab Africis saeculi quinti vel sexti scriptoribus. Crede igitur mecum praefatorem

---

comtulam, i. e. apte ornatam vel decoram. adiutamenta, i. e. adiutoria.|| 15. cupedia, i. e. cupiditate. Cf. Non. 85, 10 Cuppedia cupiditas. exhippitandum, i. e. oscitandum.|| 16. opitandum, i. e. optandum. Cf. ad Dub. H 7.|| 17. pedam, i. e. vestigium ? Cf. Fest. 230, 9 Pedam vestigium humani praecipue pedis, etc. Vix collucari, i. e. deputari.|| 19. crepera, i. e. incerta dubiaque. fracebunt, i. e. sordebunt, displicebunt.|| 20. aluc. Cf. ad Plac. F 18 ? Vox est Italae (Psal. 118, 27) versionis. bovinator, i. e. tricosus et inconstans.|| 21. damium, i. e. Bonae Deae sacrificium. Sed. ad illud ' voti damnare ' spectat. ad exodium, i. e. ad finem vel terminum, vitulantibus, i. e. gaudentibus. Cf. Non. 14, 15 Vitulantes veteres gaudentes dixerunt etc.|| 23. sonivium, i. e. sonantem. Cf. Fest. 370, 12 Sonivio... sonanti. murgissonem, i. e. lusorem. fab. nom. ? abl. ? Cf. Non. 197, 28 Quis et generi feminino adtribui posse veterum auctoritas voluit.|| 24. autumabit, i. e. dicet. mentorem, i. e. inventorem.|| 25. exfabillabit, i. e. exseret. Sed ad illud ' fabula ' spectat. altiboans, i. e. alte sonans. *An* favore ? *An* favore me ? exfebruate, i. e. expurgate.|| 26. fellibrem, i. e. adhuc lacte viventem. apludam, i. e. paleam. temsore (temtore ??), i. e. contemptore ?? Cf. Non. 180, 2 Temnere contemnere|| 27. ambrone, i. e. perditae improbitatis. adoreos, i. e. farreos. struppos, i. e. fasciculos. Cf Fest. 472, 15 Struppi vocantur in pulvinaribus fasciculi. etc.

ex collectiuncula pseudo-Placidea integra, necdum in Placidi glossarium inserta, omnia comparasse.

Unum superest quod te monitum velim, in parte tertia (ps.-Plac.) nostri libri omne libri pretium inesse. Ibi habes adnotationem — vix tamen integram — in codicibus (puta IV° saeculo exaratis) antiquissimorum scriptorum hic illic appositam, necnon ipsa plerumque verba scriptorum ad quae adnotatio ea spectabat. Hoc memento siquando ad editionem fragmentorum ex antiquissimis scriptoribus servatorum te accingere audebis.

W.-M. LINDSAY.

# SIGLA

*R.* Archetypus codicum Romanorum Vat. lat. 1552 ; 3441 ; 5216, saec. XV-XVI.

*G.* Archetypus codicum Libri Glossarum sive Glossarii Ansileubi, scilicet:

*a* Ambros. B. 36 inf.
*b* Bamberg. P. II 33.
*c* Cambracensis 693.
*d* Harl. 2735.
*f* Bern. 16.
*k* Augustonemetensis (sive Claromontanus) 240.
*l* Vat. Pal. 1773.
*p* Bibl. Nat. 11529-30.
*t* Turonensis 850.
*v* Vindocinensis 113-113 *bis*.
*w* Vercellensis 61 I.

*P* Parisinus codex (nou. acq.) 2698 (saec. XI) Glossarii PP (Quo de glossario cf. Mountford, *Bulletin Du Cange* I 31). Lacer codex est nec plus quam F med. — T med. exhibet.

*B* Vat. lat. 1469, anno 908 p. C. script.

*Anth.* Praefatio lib. VII Anthologiae Salmasianae (vide supra).

*Ansil.* Liber Glossarum sive Glossarium Ansileubi (vide vol. I).

# I. GLOS⟨S⟩AE PLACIDI GRAMMATICI

## A

1. Alumna ab alendo dicta ; nam quae alit et quae alitur alumna dici potest, id est [nutrix] et quae nutritur et nutrit ; sed melius tamen quae nutritur. 2. Abuti et bene uti est et male uti. 3. Abnuere est recusare, abnegare ; cui contrarium est adnuere, id est dare vel concedere. 4. Adscivit. sibi : adiunxit sibi alienum quod non habuit. 5. Altrinsecus : non ex alto sed ex altera parte. 6. Abactus est : de medio sublatus est et raptus ; unde latrones abactores dicuntur. 7. Adhesio bene dicitur ab eo quod est hesere. 8. Aedituus : qui aedis est custos ; et scribimus cum diptongo, editissima vero loca monoptonga. 9. Alterutra pars : utraque pars. 10. Aethra : generis feminini, et est locus in quo sidera sunt, unde aeth[e]ra sider<e>a dicimus (Verg. Aen. III. 585) ; ceterum aether[a] generis masculini supra caelos est igneae invisibilisque naturae quem quidam deum magnum vel eius regnum dicunt. (Verg. A. XII, 247 ?) 11. Aevitas quidem potest dici, sed rarum est ; in usu magis perpetuitas vel aeternitas dicitur. Aevum autem generis neutri est. 12. Avus pater patris est ; proavus avi pater ; tritavus atavi pater. 13. Alterutrum aut hoc aut illud aut utrumque significat ; sed magis duas partes habet. 14. Alii scribimus singulariter dativo casu, ut de Catilina Sallustius (14,6) « Multos iuvenum pellic<i>ebat diversis illicebris ; alii scorta praebere, alii equos mercari, alii canes ad venandum. » 15. Arvina : pinguedo. (Verg. A. VII, 627 ?) 16. Altilitate (?) : ab alendo ; id est ipsa res quae alitur. 17. Acti : coacti, compulsi. (Verg. A. I, 32 ?) 18. Autumant : efferunt, confirmant vel adseverant. 19. Auspicium est initium alicuius rei, quo primo sumit exordium, id est inchoatur ut fiat ; est et auspicium quod aves vel animalia Paganis auguribus demonstrant, unde futura noscuntur ; sunt igitur bona auspicia quae cogunt res inchoare, sunt mala quae prohibent. 20. Actae dicuntur loca secreta circa mare, id est in litore, amoena et voluptaria. (Verg. A. V., 613 ?) 21. Ausim verbum est promissivi modi, ut si dicas ‘ ausim dicere, ‘ ausim recitare ’ ; cuius est verbi prima persona audeo et dicit<ur> ausim ausis ausit vel audet. (Verg. G. II, 289 ?) 22. Aesculus arboris nomen e<s>t glandiariae ; ab esca dicta quod ante usum frumenti haec arbor victum mortalibus praebeat. (Verg. G. II, 291 ?) 23. Arctos est stella Ursae in Septentrione posita ; nomen est Graecum, quia ursa Graece arctos dicitur ; ergo pro stellis septentrionalibus. (Verg. G. I., 245 ?) 24. Amphitrite[s] est dea

---

2. Cf. 69.|| 5. Noli emendare ‘ non ex altero ’. Cf. 61.|| 6. Aborsus *G*. Cf. ad Dub. A 2.|| 7. haerere *G* (*recte* ?).|| 8. Aeditubus *G*.|| 11. Aevum *novum lemma R*.|| 13. aut hoc *om. R*. significationes magis *RG* : significat sed *Deuerl.*|| 14. pollicebat *G*.|| 16. *an* Altili : ave ; ab al., etc. ?|| 17. = Gloss. Abol. AC 20 (!).|| 18. asserunt co. *G*|| 19. qui (*vel* quae) primo *R*. aves animalibus *R*.|| 20. Actio *R* : Acte *GB*. quod semper pluraliter effertur *add. B*|| 21. ausim a cecitate *R*. et dicis ausis *B*. vel audebit *Deuerl.*|| 23. procellis septentrionalis *R*.||

maris, matrona Neptuni. 25. Alapari est alapas minari, id est foedam et superbam caedem ; vel pro iactantia. 26. Adolevit verbum est quod crevit significat ; adoleo enim est cresco, unde adulti dicuntur iuvenes in flore aetatis et in cremento ipso positi. 27. <Ad> : valde ; adverbium est comprobantis vel probantis. 28. Adorea : panis de adore, id est (idem ?) laus [in] bellica. 29. Adsentiae : adsentationes, id est consensio ; ut si quis tibi de aliqua re dicat et tu illi adsentias, ipsae res adsentiae nuncupantur. 30. Achates lapis est veluti galbani coloris in Achate fluvio Siciliae plurimum nascens, ad gratiam pertinens et Veneri consecratus. (Verg. A. I, 174 ?) 31. Analogia est initium (?) vel rectitudo alicuius verbi. 32. Ac[c]ipenser genus piscis est raro inventum, id est nobile. 33. Asylum : Graece templum ad quod si quis confugiebat nefas erat trahi, id est a non trahendo spolium. (Verg. A. VIII, 342 ?) 34. Aporria Graecum nomen est ; est autem affluxio vel derivatio vel faeces vel reliquiae ac sordes elementorum quae in aera purgantur ; unde gignuntur in terra diversa animalia, arbores, lapides et herbae. 35. Apage : abscede et vade. 36. Atqui : immo etsi sed. 37. Aiens : dicens, ut aio ais ait participium facit. 38. Ancile : scutum quod olim apud Romanos caelo lapsum dicitur sub Numa rege Romanorum, breve quidem et undique rotundum ; unde omnia minora scuta ancilia dicuntur. (Verg. A. VII, 188 ?). 39. Aspellens : expellens : 40. Amiciter : amicabiliter. 41. Adsul<i>entes : adsilientes. 42. Accipitres ; equos c[a]eleres. 43. Abdomen : pinguedo carnium. 44. Aeae (Αἰαῖ) : interiectio. 45. Amove : remove. 46. Artemo : temo. (!) 47. Aristophanes : nomen poetae. 48. Antistant : meliores sunt. 49. Adstipulator : promissor. 50. Alliciendos : inliciendos vel persuadendos. 51. Amandata : extra mandata ; amandari enim extra mandari est ; quod proprie ad hominem refertur, ut si quis suum releget aut in longinqua transmittat. 52. « Abtissime (art–) commisit » : artissime colligavit ; commissurae enim coniunctiones dicuntur sive ligamina. 53. Averruncassint : avellerint vel averterint. 54. Allegans : deputans, eligens vel delegans. 55. Anquirens : pro adquirens vel inquirens magis. 56. Adsciscenda : adiungenda. 57. Abrupta sanctio aperta lex dicitur. 58. « Aere vitam ducit ac manu » : id est pecunia manu collecta. 59. Au<c>trix ab augendo dicta est ; auctor ab auctoritate generis est communis, ut hic et haec auctor. 60. Aera-

---

25. Al. em. (*pro* est) al. *G.* ut pro *R.* Alapari, i. e. gloriari, vox Italae (Iac. 3,14) versionis, a Placido leviter, more suo, tractatur. Sed quasi glossa pseudo-Placidea esset, Buecheler in Plautum Truc. 928 (Philippiari satiust, miles) inculcare voluit. Corrige igitur Thes. ling. lat. s. v.|| 26. ire sig. abeo enim *R.* in crem. Cf. Dub. P 39.|| 27. *deest in G.*|| 26-27. *una glossa in R* (*recte* ?).|| 29. i. e. –tivae ?|| 30. plurimo *R.* nasc. cf. Niedermann (Glotta I 265).|| 31. i. e. –giā (abl. casu)? initium *vel* vicium *R* (*unde interpretatur Deuerl. praef. XXI* Analogia est ratio similitudinis unde cognoscitur vitium vel rectitudo alicuius verbi) : *uix* iudicium.|| 32. Cic. de Fato fr. 5 ? Vix Ovid. Hal. 134.|| 33. ad quod quis *GB. An* quis<quis> ? erat illum inde trahi *B.*|| 34. Apporia *R.* quia in *R.*|| 41. Adsolentes *G.* De vocabulo ' assulae ' disputabatur ?|| 42. i. e. equis hoc nomen (velut etiam Tigris, Aquila) saepe inditur.|| 44. Aeu *vel* Eu *R* (*pro* Heu ?).|| 46. Quid sibi vult nugator ?|| 48. Noli huc revocare Anth. 4|| 51. suum *om. R.*|| 52. Abt. quo non sit *R.*|| 53. Averruncassis *R* : –it *G.* Haec vox antiqua etiam a recentioribus quibusdam –Apuleio, Arnobio, Ambrosio, etc. — usurpatur. avell., quasi ab–ex–runc. ?|| 57. ap., velut (Verg. A. I 146) « vastas aperit Syrtes ».|| 58. nimirum ex declamatione.|| 59. Auctor *novum lemma R.*

ISTITUTO DI FILOLOGIA LATINA E MEDIEVALE
FACOLTÀ DI MAGISTERO
Università di Bologna

rium : templum ubi pecunia publica ponitur. 61. Altrinsecus : hinc et inde, vel desuper ; sicut extrinsecus dicimus ab eo quod est exterius et intrinsecus ab eo quod est intus. 62. Alternis : utrisque, hinc et inde ; vel ex utrisque vicibus. 63. « Absolutum bonum » : id est perfectum. 64. Artaba : genus mensurae Syra lingua. (Bibl. Dan. 14, 2, etc. ?) 65. Antelata : ante portata ; vel prolata aut dicta. 66-67. Arrogant : addunt. Abrogant : detrahunt vel deducunt. 68. Ales : aquila ; sed et omnes aves possunt dici ales. (Verg. A. XII 247 ?) 69. Abuti duas res significat, modo contemnere et non uti, modo valde et satis aliquam rem uti. 70. Adiuva me, adiuva mihi : utrumque potest dici, melius tamen me ; adiuvo enim illum dicimus quam illi, ni forte dicas ' adiuva mihi onus ' quasi releva mihi onus. 71. Ante me fugit dicimus non ' abante me ' ; nam praepositio praepositioni adiungitur imprudenter, quia ante et ab sunt duae praepositiones ; sic et antevadit quasi antecedit. nam ut non possum dicere ' inantecedit ' ' inantevadit ', ita et ' abante me fugit '. 72. Age adverbium hortantis est ; accipit autem ' dum ' et fit una pars agedum ; est ergo ' dum ' nativa particula vel pro cito aut modo. 73. Amplexus autem et amplexatus recte dicimus ; nam ab eo quod est verbum commune amplector participium facit amplexus praeterito tempore, et ab eo quod est amplexor amplexatus sum facit, ut singula participia verba sua separata habeant. 74. Anethum cum H scribi oportet. 75. Agoniae : victimae vel hostiae ; hostia autem minor, victima maior, quia icta cadit vel quia vincta ad aras perducitur ; hostiae autem aequae ab hostimento, id est aequamento, vel quod deorum mentes [aes]timentur iniquae ; hostiae autem dictae ab eo quod per illas sacerdotes futura nuntient ; unde etiam antiqui peregrinos et pari iure viventes adeo usque nunc hostes duelles appellabant ; hostiarum autem <usu> deos aequos fieri, quod est propicios, praeter antiquos <alii> agebant (aie- ?), Vergilius quoque in primo libro (A. I 479) « interea ad templum non aequae Palladis ibant », hoc est iratae ; non, ut plerique grammatici existimabant, non aequam ideo quod magis in Graecis quam Troianis fuerit ; non aequam ergo iratam dicimus.

## B

1. Byssus generis est feminini. 2. Babilon[i]a principali civitati nomen est, ut Troia ; Babilonia vero derivativum, ut si dicas gens aut aliqua species, ut Troia Troiana ; nam et Babilone<m> et Babilona[m] dicimus. 3. Benivolentia et malivolentia per I non per E dicitur, quomodo benignus et malignus non ' benegnus ' et ' mälegnus ' ; saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit ; ideo benivolentiam dicimus, nam ' benevolentia ' crassum quidem sonat. 4. Boa animal est

---

61. quod extrinsecus *R*. des. cf. 5 ‖ 62. utriusque hinc *GB*. ‖ 65. Antelata (*l*, *a*) *vel* Antelatu (*p*) *G*. ‖ 68. vel omnes *G* vel certe omnes *B* ‖ 69. aliqua re *GB*. Cf. 2. ‖ 70. quam, i. e. potius quam. ‖ 71. quasi ante cenam *R*. abante, Francogallice ' avant ', Ital. ' avanti '. ‖ 72. Age *om*. *B*. dum (*prius*) *om*. *R*. ‖ 73. commune — est *om*. *R*. ‖ 75. ictu *G*. perd- *an* prod- *incert*. *G*. aequae *om*. *G* (*recte* ?). fut nunt., i. e. quasi ab eo quod est ' ostendere ? Verg. — -dicimus *om*. *R*. (qui codex brevitati favit ; cf. H 2).

B. 1. sic et abyssus *add*. *B*. Cf. E 38. ‖ 2. principale civitatis *R* : principale civitatis (*p*) *vel* principali civitati (*a*, *l* ?) *G* (memento omnes casus vocabuli civitas compendiose ' civ ' scribi solitos). aliquas *R*. Cf. 12. ‖ 3. dic. non benevolentiam *R*. sonant *R*. ‖ 4. animales (*pl*) *vel* animalem (*t*) quod *G* : *om*. *R*. persequitur *G*. et nomen habet boa *G*.

quod valde persequatur boves ; unde et boa vocatur. 5. Balineum : in prosa ponimus balneum ; in metro tamen utrumque facit. 6. Beli multi fuerunt, praecipue rex Assyriorum et Graecorum ; alter praecipue Babylone. (Verg. A. I, 621 ; 729 ?) 7. Bitumen per B scribimus. 8. Blatterare : corrupte et perperam rem loqui, ut non magis fari secus quam ebrius delirare credatur. 9. Bipatentia : bis patentia, bis aperta. (Verg. A. X, 5 ?). 10. Barrire elephantorum est. 11. Bipennem : bis acutum ; pennum enim dicimus acutum. (Verg. A. XI, 651, etc.). 12. Babylona civitas ; Babylonia provincia. 13. Benedicentum : melius quam ' benedicentium '. 14. Balbutire : male loqui et incongrue. 15. Biremis : duorum remorum navis ex unaquaque parte. (Verg. A. I, 182 ?) 16. Bili : colore (colera).

C

1. Cucumis : generis masculini, huius cucumeris ; sed et cucumer dicitur nihilominus huius cucumeris faciens, ut vomis et vomer. (Verg. G. IV, 122 ?) 2. Chaos monoptoton est ; facit enim hoc chaos huius chaos huic chaos hoc chaos o chaos et ab hoc chaos. Sed Virgilius (G. IV, 347) sua auctoritate praesumit ablativo « atque chao densos ». 3. Commata sunt particulae sensuum Graece dictae, quae nexae faciunt cola ; nam praecisus sensus comma dicitur, ut apud Virgilium « arma virumque cano » comma est ; « Troiae qui primus <ab oris> » comma est ; « Italiam fato profugus » item comma est ; sic quousque perveniet ad plenam sententiam, ut est « Laviniaque venit litora », id est ' illum cano qui venit ad Lavinia litora '. 4. Compedes puto magis generis feminini esse, ut ad catenas referas ; nam perdicae, id est quae pedes capiunt, generis feminini sunt ; unde et compedes quae impediunt pedes aut manicae reor quod feminino dici debeat genere ; « grata continuit compede[m] » Horatius (C. I, 33, 14) dicit. 5. Condictum : absolute dicendum ; condictus vero aut dies aut locus. 6. Cucullus est generis masculini ; et declinatur cucullus cuculli cucullo cucullum cuculle a cucullo, et pluraliter sic declinatur. 7. Contendunt : contentionem habent, vel pro docent vel asserunt. 8. Corrigiae a coriis vocantur ; vel a colligatione quasi ' colligiae '. 9. Culleus genere masculino, geminato L dicitur ; est autem uter ex corio factus, in quo parricidae cum simia et gallo et serpente inclusi in mare praecipitabantur. 10. Catinum : vas fictile, melius neutro dicimus quam masculino ; nam et salinum dicitur nihilominus neutro vas aptum salibus ; et melius sic dicimus quam catinus. 11. Conspirare bene dicimus vel ad bonum vel ad malum. 12. Cribrum non ' ciribrum ', neutro genere magis dicimus quam masculino. 13. Coep.

---

8. delerare *R*. siccus qu. *Heraeus* (quem sequitur Thes. ling. lat.) ; sed cf. Gloss. AaB 139 Blaterare : corrupte et perperam loqui sicut ebrius cum delerat. Estne revera pseudo-Placidea glossa, cum etiam in Aa appareat ?|| 9. apta *R*.|| 12. Babilonia (*utroque loco*) *R*. Babilona civ. (*l*, *a*) *vel* Babylonia civ. (*p*) *G*. Cf. 2.|| 15. duum *vel* duorum *R*.|| 16. Bilo *R*.

C. 1. sed et –cucumeris *om.* *R*. Cf. Serv. Geo. IV 122.|| 3 sensum *vel* sensu suum *R*. conexa *GB*. Troiae –est *om.* *R*. lavinaque *R*.|| 4. refertur, manicesor quod, debeant *G*. detinuit *Horat.*|| 5. Condictave aut *R*. Spectatne ad Bibl. Gen. 18, 14 ?|| 8. Collectione. colligae *R*. Hinc Isid. (Et, XIX, 34, 13 Corrigiae a coriis vocantur ; vel a conligatione quasi ' colligiae').|| 9. uber *om.* *R*. proiciuntur alias praecip. *R*.|| 10. quasi aptum *codd.* : vas *Isid.* (Et. XX, 6,5 Catinum vas fictile, quod melius neutro dicitur quam masculino ; sicut et salinum dicitur vas aptum salibus).|| 12. Praecedenti glossae in Ansil. (CR 163 Cribrum : setacium ad pollinem) dant indiculum Plac. ] *l*, *p*, etc. perperam, ut videtur.|| 13. i. e. mutat OE in E.||

*ta* : *incepta* ; *composite* mutat. 14. Cancri aestus melius dicitur quam χρόος ; cancrarium enim putet quasi putescat ipse cancer. 15. Concordo et concordor ; quo[quo] modo fabrico et fabricor. 16. Combusserit geminato S scribimus ; facit enim comburo combussi. 17. Centurias partes exercitus dicimus in centenos milites divisas ; unde et qui his praesunt centuriones dicuntur ; ergo succenturiati sunt non qui in prima sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria ; tamen instructi etiam ipsi in speculis positi in bello sunt, ut si primi defecerint, isti quos subesse diximus laborantibus primis subveniant ; unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus. 18. Caelebs per B scribimus ; sic hic caelebs caelibis caelibi, hi caelibes, accusativo caelibes, o caelibes ; tres scilicet in numero plurali ; et si etymologiam quaeras, caelebs dicitur quasi caelo beatus. 19. Censorium per I scribimus non per E ; est autem censorius qui dignus est ut sit censor, vel qui iam fuit ; apud veteres enim Romanos magnum erat nomen censoris et dignitas, id est iudicis tam primorum quam morum ; censere enim iudicare est. 20. Collocat melius dicimus per L ; mollior et levior sonus est ; interdum enim praepositio praecedens sumit litteram sequentis verbi. 21. Censura animi est, non corporis ; ideo melius membrorum decorem aut pulchritudinem dicimus quam censuram ; tamen quia in usu censorium hominem dicimus pulchrum, sic potest et ad pulchritudinem referri. 22. Carocophilum sic scribimus, quod vulgo ' cariophalum ' dicunt. 23. Caroenim (–num) sic scribimus per O. 24. Chiatum (Cyathum) autem cum H scribi oportet. 25. Caelebs generis communis. 26. Caedrus cum A scribi oportet. 27. Carvasa, id est vela navis, per U scribi oportet. 28. Caelibum cum A scribi oportet. 29. Cassis et retia dicitur et galea capitis ; sed hoc differt quia retia huius cassis facit, galea vero huius cassidis, quamvis quidam nominativum cassida dixerint. 30. Capessitur : non per se (SC) et est verbum impersonale, ut legitur ; prima autem verbi persona est capesso ; est autem verbum activum, facit enim capesso capessor ut lego legor. 31. Caelibatus : appetitio castitatis <eius> qui habere non vult uxorem ; caelebs enim qui sine uxore est, quasi caelo beatus. 32. Columen : vel sanitas, vel substentaculum, quia a columna fit. 33. Calcaria sunt acuti qui in calce hominis ligantur, id est in pedis posteriore parte, ad stimulandum equos quibus aut pugnandum est aut currendum, propter pigritiam animalium aut timorem. (Verg. A. VI, 881 ?) 34. Coturni sunt tragica calciamenta quibus calciantur tragoedi qui in theatro dicturi sunt alta et intonanti voce ; est autem secundum calciamenti genus humile quidem in modum crepidarum quo heroes utuntur ; sed tale est ut in dextro et in laevo pede conveniat. 35. Clima Graecum nomen est, id est cardo vel pars caeli, ut ' clima orientale ' et

---

17. quasi pro prima *R*. quos sub se *R*. Spectatne ad Terent. Phorm. 230 ?|| 18. sic *et* o *om*. *R*. *An* tres scilicet <casus habet> ? Cf. 31 || 19. primorum *codd. hic* : patrimoniorum *codd. infra* (104). prim., i. e. senatorum, nobilium.|| 20. proclivior sonus *G*. levior *vel* lenior *R*.|| 21. Cf. Gloss. Abstr. CE 10 Censura decus vel pulchritudo.|| 22. vulgus *R*. I. e. καρυόφυλλον.|| 23. i. e. κάροινον, κάρυνον.|| 27. id est ve. na. *om*. *R*. (*non B*).|| 28. Caelibi *G*.|| 29. nominativum sic dixerunt haec cassida *G*. *B*. quod Virgilius (A. XI, 775) accusativum Graecum posuit *add*. *B*.|| 31. habere dicitur uxorem *R*. Cf. 18.|| 32. qui a *R* : qui a (*p*) *vel* quia a (*l*) *G* : quia a *B*. factum est *GB*.|| 33. acu. cf. 63|| 34. quo –utuntur *om*. *G*. lertes *B* : heroes *Isid*. (Et. XIX, 34,5). in utroque pede *G* (*non Isid*.). Cf. Serv. Aen. I, 337 ; Ecl. 7, 32.|| 35 nomen *om*. *R*. et cl. mer. *om*. *R* (*non B*).

'clima meridiana (-num)' 36. « Casus Emp[h]edi(o)cleos » : Empedocles philosophus Agrigentinus, id est Siculus, qui cum lacum Aet[h]nae montis, qui ardet in Sicilia, investigare contenderet, decidit in igneam foveam et incendio consumptus est. 37. Comitia dicuntur quae fiunt Romae ad creandos magistratus Kalendis Ianuarii in Campo Martio, atque (ad quae) omnis populus Romanus et universae conveniunt dignitates et de Italia ; ergo ad summam comitia sunt conventus necessarii nimis. 38. Concrepare conibere (-niv-) est ; unde discrepare dissentire significat. 39. « Cirr<h>earum, quod aiunt, inspirationum. » 40. Cameram : curvam. 41. Concinne : composite. 42. Chamaeleon : lacerta quae missa in ignem non ardet. 43. Crepido saxi : extremitas rimata (ripae ; ita ?) et cuiuslibet rei alterius. (Verg. A. X, 653 ?) 44. Coredulus : genus quoddam volatile, quasi 'cor edens'. 45. Compita : multae viae quae ad unum locum competunt vel ducunt. 46. Coniectare : coniecturam facere vel aestimare. 47. Chelydri : diri generis cuiusdam serpentes. (? Verg. G. II, 214, etc.) 48. Candys (κάνδυς) : vestis regia. 49. Colum : colatorium ; vel unde mulieres nent. 50. Caelator argentarius ; qui in argento puro extrinsecus facta signa deprimit ; a caelo descendens, quod est genus ferramenti. 51. Colyphium : genus carnium quod athletae vescuntur ad corporis sanitatem, ut fortes sint. 52. Crisaticum (Chrysatticum) : genus quoddam vini. 53. « Crepulum imbrem » ; cum sono gravi ruentem. 54. Capillamenta : summitates arboris. 55. Co<i>cere in vincula : mittere vel iactare. 56. Conclassare : classem iungere. 57. « Cit certamen » : excitat pugnam vel commovet. 58. Comptissimus : ornatissimus. 59. Coeo : convenio. 60. Conluvio : congregatio sordium quae fit ex affluxione multa. 61. Cuniculi : genus quoddam agrestium animalium quod canum indagine concludi consuevit speluncis. 62. Conluebatur : conlui est <ut> si dicamus 'in sinum maris conlui' ; lues enim lapsus dicitur circumfluentis elementi. 63. Clavus : interdum acutus, interdum gubernaculum. 64. Capesso : frequenter capio.

---

36. qui naturam aethnae *R.* montis qui ar. in Sic. *om. R.*|| 37. ad summam *et* sunt *om. R.*|| 38. convenire *R.* sig. *om. R.*|| 39. agunt *R.*|| 40. Camuram *G* (*recte* ?). *An* Cameram, quasi camuram, i. e. cur. ?|| 42. igne *R.*|| 43. Crepidos axis *R.* Ad idem scholium Vergilianum redeunt, ni fallor, hae glossae, Gloss. Abstr. CE 28 Crepidinem : summitatem riparum vel cuiuslibet alterius rei ; Gloss. Corp. C 898 Crepido : rimo (*anglosax.* ?).|| 44. Hinc Isid. Etym. XII 7, 34 (Coredulus genus volatile, quasi 'cor edens'). Immo cŏrydalus (κορυδαλλός). Spectatne ad Verg. E. 2, 1 ?|| 45. Cf. Serv. ad Verg. G. II 382.|| 46. extimare *R.*|| Noli huc revocare Anth. 16. Nam in promptu erat hoc verbum Africo rhetori saeculi quinti aut sexti, neque ex glossario extrahendum.|| 48. Cf. vol. I, p. 94. Itidem Gloss. Abstr. CA 91 Candys : vestis regia.|| 49. Ad. Verg. G. II, 242 ? I. e. cōlum et cŏlum.|| 50. Ad. Verg. A. X. 527 ?|| 51. Cf. Juv. 2, 53.|| 52. Crisatium *R* : Cristaticum *G.*|| 54. arborum *Isid.* (Diff. I 117 Inter capillos et capillamenta : capilli capitis sunt ; capillamenta summitates arborum).|| 55. Cohercere *vel* Cocere *R* : Cogere *G* : *correxi dubitanter.* Cf. Gloss. Abstr. CO 12 Coniectus in vinculis : missus (Ital. Luc. 23, 19 ?).|| 56. cf. Gloss. Abstr. CO 182 Conclassare : adiungere classem. Estne revera glossa pseudo-Placidea ?|| 60. sordium vel affluxione *R.* Praecedenti glossae in Ansil. (CO 1145) Conluvione : collectione sordium (= Abstr. CO 94) perperam dant indiculum Plac.] *l, p* (*non t*).|| 61. excludi *G* (cum Isid. Etym. XII 1, 24). Placidus videtur etymon in 'concludi' invenire, Isidorus in 'caniculi'. Cf. Dub. C 49.|| 62 convolvi est *G* : conlui convolvi est *Buecheler.* sinu *G.*|| 63. acu. cf. 33 ; Heraeus (Herm. XXXIV 167).|| 64. Cf. Serv. auct. Aen. I, 77.

65. « Cariosi generis suboles » : veterescentis generis filii et ad putredinem redigendi ; caries enim proprie putredo lignorum est quae isdem evenit carentibus virtute. 66. Cidarim : linteus (–um) est quod repites (?) Iudaeorum die Sabbato super caput habebant valde mundum (Bibl. Ex. 28,4 ; Zach. 3,5 ?) 67. Cavit : praecepit vel iussit. 68. Catus : acutus callidus sapiens prudens. 69. « Cum visum est » : pro ' cum visum esset '. 70. Correpserunt : correpte ingressi sunt ; ab eo quod dicimus repo. 71. Cieretur : vocaretur vel evocaretur. 72. Celebraretur : fama esset celebris, fama notus. 73. C<h>lamis (–ys) : vestis purpurata. (Verg. ?) 74. Consiturus : inserturus. 75. Cumba : locus navis. 76. « Classicum canit » celeuma navis dicit. 77. Cetarii : cete dicitur genus marinae beluae ; ab hoc vero genere abusive piscatores cetarii dicuntur et qui tractant ea quae ex piscibus fiunt ; ut sunt liquaminarii qui ex corporibus piscium humorem liquant. 78. C<h>oraula : cantator. 79. Cineric<i>ae oves : cineris colorem habentes (Ital. Gen. 30, 39). 80. Calta : genus quoddam floris vel herbae (Verg. E. II, 50 ?). 81-82. Concinunt : consonant, consentiunt. Concinis : consentis. 83. « Choros excitare » : cantus dicere ; chorus enim proprie multitudo est cantantium. 84. Compos <mente compositus> dicitur ; cui contrarium est impos, id est mentis alienus. 85. Comesationes : convivia ; et scribimus uno M et uno S. 86. Calidus homo interdum fervens, interdum fortis intelligitur. 87. Complices sunt qui uno peccato vel reatu aut crimine iuncti sunt ad malum ; ad bonum vero non dicimus complices. 88. Caesim : per caedes ; quomodo vicissim per vices. 89. Cavamina : utraria, vel loca cavata. (?) 90. Cis Rhenum : intra Rhenum [coniecturae factae]. 91. « Cocytos amnes » : flumina ignea apud inferos, id est in barat<h>ro. 92. Culmus : calamus spicae, qui a radicibus eius nascitur (Verg. G. I, 111 ?). 93. Caespites : fructices ; et dicimus diptongum. 94. Commissa lumina : iuncta vel clausa. 95. Contractus dicitur placitum vel cautio ; dicitur contractus et homo debilis per omnia. 96. Clamdestina[t] res : occulta. 97. Congesta dicuntur quae ex multis in unum congeruntur, ut saxa vestes et frumenta aut paleae in struem congestae. 98. Commenta plura significat ; dicimus enim comminisci crimen confingere ; dicimus et commenta interpretationes commentariorum, ut ' commenta iuris ', ' commenta Virgilii '. 99. Coerciti : vindicati, id est in quibus crimen punitur ; coercere enim est vindicare ; item coercere dicimus circumvenire, ut civitatem fossa vel campum fluvius. 100. Considere est in uno loco sedere. 101. Cultus est animi ac loci (Verg. A. VIII 316 ?). 102. Consulto a consulendo et tractando dictum est, quod sic fit ut consulat et nocere non possit. 103. Circumspectissime :

---

65. a putredine redigenti *R*. virtutem *G*. De Iudaeis credo bonum Placidum declamare (cf. ad L1).|| 66. rabbites *Hagen* : rabbini *Mai* : pontifices *Deuerl*. habent *R* : habebant (*l*, *a*) *vel* habebunt (*p*) *G*. val. mun. *om*. *G*.|| 68. Cautus *R*.|| 70. Vide ne haec de Verg. A. I 418 « corripuere viam interea » dicta fuissent, et stultissime dicta.|| 71-72. una glossa, i. e. differentia ?|| 73. Clavius *G* (–vus *t*, *a*).|| 75. iovis navis *R* : locus imus navis *Isid*. (Et. XIX, 2, 1).|| 76. cf. Thes. ling. Lat., s. v.|| 77. maximae *R*. ut sunt *om*. *R*. liquemanarii *R*. Spectatne ad Ter. Eun. 257 ? vix cf. ps. –Plac. B10.|| 79. Cinericiae *cod. Ambros. C* 243 *inf*. (v. C. G. L. V, p. XVI).|| 84. alienatio *G*.|| 86. Callidus *G*.|| 88. q. victi *R*.|| Cf. Dub. C 17 ?|| 89. Cav. sunt lo. cavata *R* (*recte* ?) : Cav. utraria bello cauta *G*.|| 90. coniecturae factae *add*. *R* (*pro* Coniectore : vate ?)|| 97. ut fata ve. *R*. Ad Verg. A. VI, 224, etc. ?|| 102. tractando d. e. *vel* tractandum d. e. *vel* tractandum e. *R*.|| 103. ni. caute *Goetz*.

nimis acute. 104. Censores sunt patrimoniorum (primorum) et morum iudices. *Adde ex Isid. Diff. I, 99.* 105 ? Conscribere est multa simul scribere ; exscribere quod alibi scriptum sit transferre; transcribere cum ius nostrum in alium transit ; inscribere accusationis est ; ascribere assignationis ; describere dictionis vel ordinis.

D

1. Divortium dicimus cum mulier a viro divortium facit; devertit vero qui a via vel ratione deflexit ; tamen, cum devertit dicatur, diversorium magis quam deversorium usus obtinuit ; ergo utrumque usu et ratione dicimus. 2. « Decontra video » dicitur usu non ratione; sed melius est econtra quam decontra. 3-4. Destrictus sine N scribimus, non ' destrinctus'; est autem destrictus attentus vel severus ac non solutus et lenis. Destringo verbum est activum ; participia facit destringens destricturus, a passivo destrictus destringendus. 5. Diruo diruis diruit cum uno R dicimus. 6. Docibiles pro dociles creditum (traditum ?) ; dicimus enim utrumque et docilis et docibilis. 7. Dereliquerit futuro sine N scribimus. 8. Desipere per PE non per PI scribitur. 9. Deiero : deos iuro. 10. Delibutus : unctus contactus. 11. Defunctorium est quidquid ita dicitur vel fit ut ad finem alicuius rei aut terminum spectet ; defungi enim finire significat ; unde de morientibus dicimus. 12. Delibutum dicimus hominem unctum oleo, ut athletae solent vel in cereumate (-rom-) pueri exercere ; dicimus et ' delibutum gaudio ', id est perfusum vel plenum. 13. Dumis : arboribus vel silvis ; plerumque pro spinosis et obscuris ponitur. (Verg. ?). 14. Decrepiti : non qui a senectute avulsi sunt, sed iam qui crepare desierint, id est loqui cessaverint. 15. Dubium quin : numquid dubium. 16. Dryoca(o)laptes : avis quae in capite suo in modum galli cristam habet ; quae ore suo arborem fodiens ibidem sibi nidum facit. 17, Di<s>plosa : divisa vel separata. 18. Duit : dedit. 19. Deciditis : caditis vel inciditis. 20. Datantur : frequenter dantur. 21. Dispescite : separate vel seiungite. 22. Dididit : dispersit divulgavit, ut (Verg. A. VIII 132) « tua terris didita fama ». 23. De<s>ciscere : dissentire, vel a proposito alienari vel seiungi. 24. Dirivita (-rib-) : digesta vel separata ; dirivitio enim dicitur aliquarum rerum digestio vel separatio ; unde dirivitores dicuntur qui populum per centurias et tribus dividunt. 25. Delicuisse : in liquorem et defectum conversum esse. 26. Degluptus : pelle exutus, id est cute expoliatus. 27. Depudescentem : impudentem. 28. « Destricti enses » : evaginati, id est e vagina ducti. 29. Domi humi et cetera adverbium (-ia) sunt. 30. « Dissiliunt

---

104. Censorei *vel* -ii *R.*|| Cf. ad. 19|| 105. Isid. l. c. Inter conscribere exscribere et reliqua ; Placidus « conscribere » inquit « est », etc. Itidem Agroec. de Orthogr. p. 117, 7-10 (ex Capro ?). Perperamne illud ' Placidus ' Isidorus ? An et Agroecius et Placidus Caprum exscripserunt ? An Agroecius (saec. V) Placidum ? An Placidus Agroecium ?

D. 1. devertit (*ante* dicatur) *om. G. B.* diversorium *utroque loco G.* Ad. Verg. A. IX, 379 ?|| 2. est contra *G.*|| 6. Docibiles — creditum *om. R.* deutrumque *R.*|| 8. Deripere *R.* Cf. Charisius 236, 13.|| 9. Cf. Don. Ter. Hec. 771, Eun. 331.|| 11. est quod dicitur *R*, unde m. *R* : ut de moribus *G.*|| 12. del. gau. Spectatne ad. Ter. Phorm. 856 ?|| 13. pro *om. R.*|| 15. Dubium quidni *B.*|| 18. Dividit *R.* Immo Du. dederit. Ad Ter. Phorm. 713 ?|| 20. Dandantur *R.*|| 21. Dispertite *R.*|| 23. apposito *B.*|| 24. dirivatio *et* dirivatores *R.* discriptores *G.* Estne pseudo-Placidei gregis (cf. Anth. 4) ?|| 25. Deplicuisse *R.*|| 26. spoliatus *R.*|| 28. de *et* educti *G.*

utres » : rumpuntur. 31. Dedere est a deditione dictum ; deditio enim dicitur quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt. 32. Deicida : qui Deum occidit, ut homicida qui hominem. 33. Desipiscentes sunt qui minus sapere incipiunt quam solebant. 34. Defaecare est decolare et res quondam mixtas a faecibus segregare. 35. Discrimen aliquando duarum rerum separationem ostendit quae coniunctae esse possunt, ut est in ornamentis mulierum ; aliquando periculum vitae et capitis.

E

1. Elephans nulli dubium est quod per P et H solidum (?) scribitur quam per F ; similiter et elephantus. 2. Et pro fratre potior (patior) dicimus et propter fratrem ; sed si volens, ' pro fratre ' ; si invitus, 'propter fratrem'. 3. Expers : carens ; exspes sine spe, et est nomen ; expertus autem participium est ; ' espes ' vero sine X nihil est. 4. Expetivit : dictum pro satis petivit et inimicissime ac vehementer adnisus est ; ex enim pro valde ponitur. 5. Euge : adverbium laudantis vel hortantis. 6. Erebus : per B non per U ; est autem maritus Noctis paterque Furiarum et socius Chaos (Verg. ?). 7. Eques est qui equo sedet ; equester locus vel ordo, ut si dicas ' ille honor equester est ', item ' militat in equestri ordine '. 8. Exultat melius sine S littera dicimus : nam, cum ipsa X ex C et S constet, quomodo, cum in ea sit iam S, rursum ei addimus illam ? 9. Excrementum : quod in aliqua re super excrescit, ut puta in arboribus ea quae putantur excrementa dicuntur, ut vitibus ; et in corpore si quid excreverit, excrementum dici potest. Excreamentum vero quod expuimus vel excreamus habetur ; item sementum virile unde animalium et hominum corpora concipiuntur ; hinc creatores parentes dicuntur. 10. Examussim : uno M in antepaenultima. 11. Expudet est quasi valde pudet. 12. Eous est homo de oriente ; Eos Aurora vel Lucifer, interdum etiam pro sole ponitur apud poetas. 13. Equus in tutela Neptuni inventoris sui est. (Verg. G. I, 12 ?). 14. Euphonia : vocis sonus suavis. 15. <H>Emispheria : dimidia sphaerae. 16. Enixa duas res significat ; et conata ad efficiendum aliquid et quae partu liberata est mulier ; niti enim vel eniti conari vel efficere est. 17. Ergasterium Graecus sermo est, id est operarium ubi opus fit, vel taberna ubi alicuius operis exercitia geruntur. 18. Examussim : integre, sine fraude ; <a>mussis enim dicitur regula et mensura fabrilis. 19. Ex re : ex causa, ex ratione quae agitur. 20. Exert<a>e : prolat<a>e ; exerere enim proferre est vel expedire (Verg. A. I 492 ?). 21. Ergastula dicuntur a Graeco ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut

---

31. ab editione *R* : a dedictione *G*. seiuncti *R*.|| 32. Decita *R*. ut *et* qui hominem *om*. *R*. Nimirum de Iudaeis hanc vocem usurpaverat declamator (cf. ad C 65).|| 33. quam quod *G*.|| 34. Desecare *R*.|| 35. Cf. Serv. Aen. XI, 144.

E. 1. soli solitum scr. *R* : solum scr. *docti* : *an* solitum scribi (*cum* quam i. e. ' potius quam') ? quia *vel* quam *G* : quam non *R*.|| 3. esper ve. *R* : espers ve. *G*|| 4. Expiavit *R*.|| 7. *An* illi ?|| 8. rursus ei adicimus aliam *G*. Hincine Albinus Gramm. 300,29 ?|| 9. spuimus *R*. sementem *G* : crementum *Isid*. (Et. IX, 5,5).|| 11. cf. 4.|| 12. ut apud *G*. Ad. Verg. G. I, 288 ?|| 16. conatu *G* (-tum *t*). laborata *R*. Ad Verg. A. III, 391, etc. ?|| 17. operatorium *B*.|| 18. dicimus regulam et -am -em *G*. Cf. Dub. M 19. Iterum in usum venisse hoc adverbium antiquum docet 44.|| 19. casu *R*.|| 20. Vel cf. 41. exercere *R*.|| 21. E. quoque et ipsa a Graeco vocabulo nuncupatur *G*. (ubi praecedit Ergasterium). dominantur no. *R*. g. et exules qui marmora *GB*.

solent gladiatores et qui, puta exules, marmora secant et tamen vinculorum custodiis alligati sunt. 22. Epit<h>eta sunt quae nominibus apponuntur ; est autem Graecum ; ut puta ‘ magnus homo ’ ‘ doctus philosophus ’ epit<h>eta sunt. 23. Elogium : elogia laudes electae summatimque collectae ; ut puta, si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis, elogia dicuntur. 24. Exoticum nomen est Graecum, id est peregrinum deforis veniens ; dicimus enim ’ exoticum vinum ’, ’ exoticam vestem ’, ’ exoticum mancipium ’. 25. Exerat : proferat ; primum verbum est exero activum ; facit enim exeror passivum ; et nomen est exertus. 26. Ec<h>ini animalia sunt quae in litoribus gignuntur parva ; quorum caro minio similis et dulcis est, <et> duplex testula spinis aculeata in modum castanearum quando adhuc opertae de arboribus cadunt. 27. Essentia dicta ab eo quod est aliquid, ut si dicas substantia ; et est generis feminini. 28. Effutire : foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate ; dicimus enim futiles homines vanos superfluos et loquaces ; et est metaphora a vasis quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris. 29. Echo Graecum nomen est ; est autem imago vocis quae in concavis locis resultat offensa ac resonat..... appellatus est ut Herculem, Liberum patrem, Castorem et Pollucem Pagani dicunt[ur]. 30. « Eo ingenio [ea natura] omnia generans » : ingenium pro natura posuit. 31. Ephebi : imberbes. 32. Exanclare : exhaurire ; ex Graeco veniens ; quod quidem verbum Plautus, saecularis poeta comicus, posuit in Sticho (272) « ne iste edepol vini poculo pauxilluli saepe exanclavi<t> ». 33. Erugo, vitium ferri, ab erodendo dicta, non ab aeramento. 34. Eventus : ipsa res ; eventa autem dicuntur quae ab eventu veniunt. 35. Experimini : experimentum capite, 36. Enormia : grandia vel ingentia. 37. Exedra[m] : absis quaedam separata modicum quid aut a praetorio aut a palatio. 38. « Ex phoenicea bysso » : ex panno roseo. 39. Excivit : excitavit ; excitur excitatur. 40. « Ex specula spectans » : ex alto loco intendens. 41. Exerte : indissimulanter atque ostentabiliter ; exerti autem dicuntur qui virtutem suam exerunt et in promptu habent. 42. Evacuans : exinaniens. 43. Eguisse : indiguisse. 44. Enucleo : perpendo, examussim inquiro ; et est verbum I coniugationis. 45. « Ex(et) populariter iactas » : et te apud populum vel more populi vulga (–go) [os] iactas. 46. Equinnam (?): multitudo collecta et in unum congregata. 47. Eliminare : extra limen proferre vel publice secretum quid dicere. 48. « Et per hostiam lustratum » : per sacrificium purgatum. 49. Exsuperantissimus : inexsuperabilis. 50. Efficientia : effectio ; ab efficiendo dicta. 51-52. Exsul dicitur qui

---

22. magnus et doctus e. s. *G*|| 23. summatimque collectae *om. R.* Cf. 57.|| 27. substantiam *B.* singulare tantum *add. B.*|| 28. quae vasa *R.* ingeteris *G.*|| 29. ostensa *R.* Liberum *om. R.* Quid latet ? Tractaturne differentia inter Echo et Euhoe (ad Aen. VII, 389 ?) ?|| 30. omnis *G.*|| 32 poculo (*l, t*) *vel* paulo (*p*) *G* ; pauculo *R.* pauxilolo *R* : paxilluli *G.* Hoc verbum antiquum (Quint. I 6, 40) a recentioribus iterum adhibebatur (v. g. Apul. Met. I 16 ; VIII 1).|| 33 ferri *R* : erodens ferrum *G.* non ab eromenta *R* : *om. G.* I. e. er–, non aer–, ‘ frumenti et ferri vitium ’ ‘ robigo ’ . Cf. R 11.|| 38. cf. B 1.|| 40. expectantes *et* intendentes *G.*|| 41. cf. 20.|| 42. vacuum reddens *add. G.*|| 44. primae *B* : secundae *RG.*|| 45. Epopulariter *G* : Ex– *vel* Epopularint *R* : E<t t>e populariter *Goetz.* m. populum more iactas *G.*|| 46. Equinam *vel* Equininam *R* : Ecquin nam (*p. l, k*) *vel* Equinnam (*t*) *G*|| Ecquinam : <ecquo modo. Equitium :> multitudo *Heraeus.*|| 50. a faciendo *R.*|| 51-52. *duae glossae in G.*|| 51. suum *om. R.* Ex. addito S debet scribi quia exsul di. qui ex. solum suum est *G.*

extra solum suum est ; ideo cum S debet scribi, ut e[s]t Ex<s>tirpata : a radice subversa. 53. Exalbidas : non albas sed prope albas. 54. Emissarius : flagitiorum et luxuriae satelles; satelles autem de satisfaciendo dictus. 55. Explicit ad librum refertur; explicuit autem et explicavit ad hominem ; ut si dicamus ‘ explicit liber ’, ‘ explicuit homo opus suum ’. 56. Extemplo : subito continuo ilico. 57. Elogio : laudes enucleatae ; item arc[h]ana vel mysteria deorum. 58. Edule : cibo vel esca ; ab edendo dicta. 59. Evitare est locum aut hominem periculi ac formidinis plenum evadere. 60. Exitiabilis est homo qui alii exitium praestat ; dicimus enim extiabilem et locum in quo exitium fieri potest, ut fovea vel gladius. 61. E[f]fippia (Eph–) sunt equorum freni.

F

1. Facessite est frequentativum ‘ facite ’ : dicimus et facessite recedite. 2. Faenero et faeneror dicimus, habetque quatuor participia ; ab activo duo, faenerans faeneraturus ; <a passivo duo> faeneratus faenerandus. 3. Faenus generis neutri est, hoc faenus faenoris faenori faenus o faenus a faenore ; difficile in nostris legimus plurali numero, maxime nominativum accusativum et vocativum; possunt tamen faenora. 4. ‘ Factus illa res ’ dicitur et ‘ factus illam rem’ , ut si dicas ‘ effectus est caro ’ (Bibl. Ioh. 1, 14 ?) et ‘ effectus est carnem ’ ; sed melius nominativo quam accusativo (!). 5. Forcipes non forfices dicimus quae sunt fabrorum. 6. Faeneuris (–bris) : cum A. 7. Fastus : superbia ; et est quartae declinationis. 8. Furui : furorem passus sum. 9. « Furvarum nationum » : gentium nigrarum, id est Indi Aegyptii Mauri Aethiopes ; furvum enim nos nigrum dicimus ; unde fures, qui in obscuro latent,et forni ; furvi ergo nigri. 10. Fetutinis : id est sordidis occasionibus quae per (per quas) mulieres fetum facere possunt. 11. Fidiculae sunt ungulae quibus torquentur in eculeo adpensi. 12. « Festinate aucto » : cito adulto ; et est adverbium. 13. Fimbrium : generis neutri ; item feminini fimbria. 14. Foetutina : res foedae et sordidae et inquinatissimae ac muliebres. 15. Faxo : faciam ; temporis est futuri. 16. Fornicem : moethiam (moechiam). 17. « Fastidiosum renidens » : vel pro adnuens et consentiens vel deridens ; renidens enim plerumque vultus dicitur laetitia vel risu perfusus ; fastidiosum vero pro fastidiose dixit, nomen pro adverbio, ut est (Verg. A. VII 399) « torvumque repente clamat ». 18. « Futura alucinentur » : quasi luxurioso sermone incerta praedicant. 19. Ferrugo : genus quoddam tincturae similis purpurae nigrioris. 20. Foedera <les> dicuntur sacerdotes per quos foedera fiunt inter duas gentes quae post bellum ad pacem redeant. 21. Fatisceret : abunde aperire-

---

53. Exalbas *G.*|| 55. cf. Lindsay (Palae. Lat. II 21).|| 57. cf. 23. *An* item<eloquia> ?|| || 58. Ed. (ablativo casu).|| 60. aut decipula *add. B.*|| 61, frena *R.* Cf. I 23.

F. 1. recedimus *R* : redicamus *G* : recedite *Ambros. C* 243 *inf.*|| 2. f–ans f–turus *om. R.* f–tus f–andus *om. G.*|| 3. nsis (i. e. nostris) *G* : nostris *B* : usu *R.* legibus *G.*|| 5. q. s. fa. *om. R.* Ad Verg. A. VIII 453 ?|| 7. quarta d–io *R.*. Ad Verg. A, III 326 ?|| 9. furvi enim *G* (*non P*).|| 10. cf. 14.|| 11. Fed– *R.* ad Persas *R.* Cf. Isid. Et. V 27, 20 Ungulae.. haec et fidiculae, quia his rei in eculeo torquentur ut fides inveniatur.|| 13. Frimurium *et* frimuria *R.*|| 14. foetidae *G* mulieres *R.* Cf. 10.|| 15. Ad Verg. A. IX 152 ?|| 16. mohetiam *R* : moetiam *G.*|| 17. vel consent. vel ridens *R.* profusus *R.* ||18. all. *R.*|| 19. Ad Verg. A. IX 579 ; G. I, 467 ?|| 20. p. veniunt *G. An* <Fetiales : quasi> foederales ? Suspicor Placidi verba male ab auditore esse exscripta.|| 21. Fatesc– *R.*

tur. 22. Forasticas : exteriores. 23. Flagitia dicuntur turpia et sordida libidinum crimina. 24. Festivissimus est dies plus quam festus ; dicitur et homo festivissimus et urbanissimus.

G

1. Gestio sic declinatur quomodo audio, amicio amiciebam ; est enim gestio neutrale verbum. 2. Glaucus color interdum pro viridi ponitur et qui admixtum habet virori alborem ; nam Virgilius hoc sciens « glaucas salices » (Geo. IV. 182) et « olivas glaucas » dixit ; item in equis aut hominibus ' glauci oculi ' pro splendidi ponuntur ; legimus nonnunquam et maris colorem glaucum dici, sed tunc quando canescit fluctibus ; unde Glaucus deus maris senior fingitur a canitie fluctuum (Verg ?). 3. Grates : duae (quae ?) sunt ; gratiae, quae aguntur ; sed tamen indiscrete ponitur. 4. Globus dicitur genere masculino lunaris, ut Virgilius (A. VI. 725) « lucentemque globum lunae » ; globum (glomus) autem [et glombum] et glomera neutro genere pensa mulierum. 5. Gibbi : gibberosi. 6. Gurgustiolum : antrum secrete angustum. 7. Gnarorum : qui peritiam primae veritatis insinuant. 8. Garrire : aut multa verba aut sordide loqui. 9. Gratificum : gratum ; gratificus est enim gratis faciens. 10. Gratiosus : qui non iuste unicuique quod meretur tribuit. 11. Glaber : rasus, lenis. 12. Gymnasia dicuntur loca in quibus nudi homines exercentur ; unde omnium prope artium exercitia gymnasia dicuntur. 13. Gazae dicuntur divitiae lingua Persarum a Gaza, oppido Graecorum, in quo olim Persarum rex divitias congesserat universas (Verg. A. I 119 ?). 14. Gratissimus et animo et corpore dicitur.

H

1. Heroes dicuntur viri aerii vel caelo digni id est vel fortes vel sapientes ; ab Hera id est Iunone, quam aerem dicunt esse, ubi regnum et sedes animarum est, ut « aeris in campis latis » (Verg. A. VI. 887), et Cicero in Somnio Scipionis ; ergo heros huius herois huic heroi hunc heroem ab hoc heroe, mulier vero heroine vel heroana [s], aut heroas ut Lemnias. 2. Haec securis dicimus huius securis huic securi hanc securem o securis ab hac securi, et pluraliter secures o secures ab his securibus ; ' secur ' nusquam legimus. 3. Harioli dicuntur insani, qui spiritu nescioquo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacc <h> antur. 4. Heliton heros apud Latinos nullus est. Quaerendusne in Graecis aut Persis ? 5. Habena, id est lori, per B ; avena, id est herba per U scribitur. 6. Honoripetae sunt qui honores petunt, ut dicimus heredipetas qui hereditatem petunt. 7. Hiulca sunt quae aperiuntur, ab hiando dicta ; hiatus

---

24. *an* Festivus ?

G. 2. *An* ulva glauca dix. (A. VI. 416) ? ac cautiae *R* : anitie *G* : *P non leg.* || 3. duo *G*. indiscretae dicuntur *B*. Vix huc pertinet Diomed. Gramm. 328,4 Grates quas agimus ob merita, Gratiae deae. || 4. *deest in P.* et glombum *om. G B.* glomus autem et glomera *Goetz* (ex Prisc. II, p. 170. 2). || 5. gibbiores *R* : giporosi *G* : gypperosi *P*. || 6. *ita etiam P.* Gurgustium *B*. secretum *B*. || 7. Guorum *R*. || 8. autem... et *R* (*non P*). || 9. Gratificam gratiam *G P*. enim est *G P*. || 11. lenis (*pro* levis ?) *om. R.* : *P non leg.* ||

H. 1. ab aera *B*. huic heroi (-ro P : -ros *G*) hunc heroem ab hoc heroe *om. R*. vel heroadas *G P*. : vel herois *Goetz*. aut lentas *G*. Ad Verg. A. VI 649 ? || 2. Haec sec. hui. sec. et reliqua (*cett. om.*) *R* (non *P*). || 3. cf. 14. || 4. *ita P.* : querendis ne *B* : querendum nec *G*. Cf. Journ. Phil. XXXIV 264. Ad Verg. A. IV 303 ? || 5. lorum *R* : lori *GP*. id est *om. R*. scr. *om. R*. || 6. Honoripetes *vel* -pedes *R*. heredipete *GP*. || 7. apertio *RP* : aperta (*pro* -tura ?) *G* (cf. 15).

enim apertio est ut sunt rimae in vasis, sulci in terra, quando aer suo candore finditur, aut si ovum in partes aperias (Verg. G. II 353 ?). 8. Holitores : dicuntur holerum distractores. 9. Horus est quem Pagani inter sacra siderum colunt; [H]osirim vero pro sole accipiunt ; simili modo etiam Horum solem volunt rarum (?)sive aurorae deum. 10. [H]Aesculapius : Asclepius, medicinae inventor. 11. Hermae simulacra sunt Mercurii tantum caput et pedes habentia ; corpus autem truncum est et quasi quadratum totum ; est autem nomen Graecum Hermes, id est Mercurius. 12. Hara locus est tenebrarum vel porcorum. 13. Humus terra ab humanitate dicta, quia cunctis humana est (!) ; et est generis feminini. 14. Harioli : divini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt. 15. Hiatus proprie est omnis oris apertio ; translata a feris, quarum aviditas hiatu, id est oris apertione, monstratur ; inde dicitur et inhiare, id est alicui rei acriter et vehementius incumbere ; est et inhiare intendere aliquid et caute prospicere, ut si dicamus aruspicem in exta inhiare. 16. Hirpices : tribula. 17. Hydra draco fuit multorum capitum <in> Lerna palude provinciae Arcadiae (Verg. A. VI 576 ?). 18. Habilis dicitur qui se habet, id est integer et fortis.

## I

1. Infamia non dubium est quin generis sit feminini ; nam si neutro dicas, ut verbi gratia ' infamia locutus est verba ', stabit quidem. 2. Incaestum puto A litteram debere retinere ; ab eo quod est incastum venit ; caestum dicunt zonam pelliceam Veneris quae legitimas nuptias ligat ; si quis igitur alieni legitimique matrimonii iura violaverit, in caestum dicitur admisisse, id est quasi castitatis vinculum zonamque Veneris violasse. 3. Idaea cum A scribendum. 4. Indagus indaga indagum participia sunt cum una U tantum. 5. Inguen inguinis generis neutri nomen est, partes corporis iuxta pudenda ; ingu[in]is, vero Latinum no[me]n est. 6. Inclaudicabilis et inclausibilis : inclaudicabilis ad pedem refert, inclausibilis ad locum ; inclaudibilis vero inrationabile. 7. Ianuarius dicitur mensis Iano deo sacratus ; Ianus est enim princeps deorum, quasi mundi vel caeli vel siderum vel mensium ianua ; qui est et bifrons et quadrifrons; bifrons qui et orientem et occidentem teneat et praeterita vel futura cognoscat, quadrifrons propter quatuor elementa vel tempora vel cardines mundi ; hunc quidam Iovem, quidam Solem esse crediderunt, quia limes et ianua sit anni. Februarius mensis a Februo, id est Plu-

---

sum trime *G*. (summe *v*). fula in te. *R*. qu. agricolis ca. *G*. finduntur *GP*. *An* qu. aeris caldore finduntur ? *An* qu. ager solis caldore finditur ?|| 8. dic. *om*. *R* (*non P*).|| 9. est quos *G P*. sacros *GP*. vel Eoum *Deuerl*. : *an* vo. radiorum ?||11. truncatum *G*. est quasi *G*: est et quasi *P* : est et *R*.|| 12. Hira *GP*.|| 14. aram, i. e. quasi arioli. Cf. 3.|| 15. hiatum *et* apertionem *R*. vehementer *G* (*non P*.). Ad Verg. A. VI 237 ?|| 16. Hispices *G* (*non P*.).

I. 1. istavit *G*. nam]i. e. sed. Cf. Hofmann, Lat. Gramm. p. 679.|| 2. nam *pro* venit *G*(w). || 3. Indea *R* : Idea *GP* : Iudaea *docti*. Verg. A. X 252 etc. ?|| 4. Indigus indaga indignum *G* : Indigus -a -um *B* cum ut tantum *R* : quum una utandum *G*. ab indigeor *add*. *B*|| 5. in latinum *R*. Verg. A. X 589 ?|| 6. inclusibilis *G*.|| 7. *deest in P*. Ian. -sit anni (*cett. om.*) *G* (ubi tamen menses singuli suo quisque loco separatim tractantur). De indiculo fontis in *G* cf. vol. I ad Ansil. IA 139-140.|| a iano deo consecratus *G*. mensium ianus autem qui *R*. propter *om*. *R*. sunt anni *R*. aprilis enim graece *R*. terra omnis aperitur in fr. *G*. Placidum exscripsit, sed non religiose, Isid. (Etym. V 33, 3 sqq.) ; unde correxi. Cf. Mountford (Journ. Hell. Stud. XLIII 114).

tone, quia Ianuarium diis superis, Februarium diis manibus cum...... car (consecraverunt); ergo [Februarius] a deo Februo, id est Plutone, mensis Februarius dictus est natura (non a) febre. Martius Martis, Aprilis Veneris, quasi ‘ Aproilis ’ (Aphrodis), quia Graece Ἀφροδίτη Venus dicitur, quod ex maris spuma dicatur esse progenita; ἀφρός enim Graece spuma est; vel Aprilis ideo quia hoc mense terrae omnis aperitur fructus. Maius a Maia, matre Mercurii, vel a maioribus qui erant principes rei publicae; nam unum mensem maioribus, sequentem antiqui iunioribus consecrarunt; unde et Iunius dicitur. Iulius in honorem Gaii Iulii Caesaris, imperatoris Romani. Augustus in honorem Augusti simili modo imperatoris Romani, qui Caesari successit. September a numero, quia septimus est; sic etiam October, quia octavus est; similiter et November, quia nonus est; et ita December, quia decimus est mensis. 8. Ius praetorium, iuris praetorii, iuri praetorio, ius praetorium, o ius praetorium, ab hoc iure praetorio. 9. Intendere autem multa quidem significat; intendere obducere, coronare vel ligare, ut Virgilius (A. IV. 506) « intenditque locum sertis »; item intendere minari, Sallustius (frag. V 27) « manum in os intendens »; intendit criminator aut caedem aut iniuriam; difficile tamen in bono est. 10. Iuvat : delectat, prodest. 11. Incessant (–unt ?) : accusant. 12. Impunita : quae poenam evasit, id est quae punita non est. 13. Indoles : nobilitas generis. 14. Incubitus dicitur ab incumbendo, sive iacendo sive aliena capiendo. 15. Invisi: inimici felicitatibus vel odiosi (Verg. A.VI, 608 ?). 16. Inurere : infigere notas vel insignia vel maculas, ut solent equos variis signis ferro candenti designare vel alia animalia (Verg. G. III, 158 ?). 17. Indepisci[s] aliquid incipere et perficere ac potiri. 18. Incola dicitur qui aliquem locum ad se pertinentem incolit. 19. <Incubus ?> : Pan vero est quem Pagani deum dicunt vel Incubum appellant, caprinis pedibus, barbatum, rubicunda facie, in dextra fistulam, in laeva virgam tenentem; quem volunt rerum et totius naturae deum, unde Pan quasi omnia appellant. 20. Inlitus : linitus. 21. « Iubenale (Iuv–) pha[r]os » : semper virens et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus. 22. Infit : incipit fari. 23. Infulae sunt ornamenta omnium honorum [rerum] et dignitatum, et equorum ephippia sive freni. 24. Ingluvies : gu[i]la vel voracitas (Verg. G. III 431 ?). 25. Impraesentiarum : pro in praesenti. 26. Insectandi et compellandi : cum iniuria appellandi. 27. Indiges dicitur interdum <h>emitheus, ut supra dictum est, ab indigendo divinitate[m] — qui cum homines fuerint, indiguerint tamen divinis; dicunt etiam quidam Indige[n]tes deos naturales et caelestes a contrario, quod nullis indigeant (Verg. A. XII 794 *vel* G. I 498 ?). 28. Itidem (Identidem) : iterum atque iterum [interdum et pro similiter]. 29. « In aeternae vitae crepidine fundatus » : in fine et propinquitate vitae aeternae constabilitus. 30. Inextricabile : inresolubile, quod numquam finitur; facit adverbium inextricabiliter. 31. Insignit : insigne facit vel signum imponit, translatum ab animalibus quae nota

8. pistor– *G.*|| 9. tendens *R* aut cedere *R.*|| 10. Verg. G. I 95 ? Cf. Serv. auct.|| 11. Incensant recusant *R.*|| 14. Incubus *Deuerl.* alieno aptando *R* optando *Mai.*|| 16. infligere *R* signa *G* varios *R.*|| 17. Indespicere *R* Indepiscere *Loewe.*|| 19. Inuus *Deuerl.* (ad. Verg. *A* VI 775 ?) pagani quasi *R.*|| 20. Ilitus l. *R* : In latas linitas *G. Vel* –tas –tas.|| 21. Iubencula *G.* semper iuvenes *et* ut siderale *t.*|| 23. honorum omnium rerum et *G B.* eph.; cf. E 61.|| 24. gulla *R.*|| 27. supra, scil. ad alterum Vergilii locum ? Deest tamen altera glossa|| 28. int. –sim. *om. G.*|| 29. fuit-datus *R.* constabilius *R.*|| 30. ad Verg. *A.* VI 27.

signantur. 32. Immensorum thesaurorum ratio quidem facit sed propter euphoniam immensum' dixit. 33. Infersisti : replesti. 34. In speculis : in aspectibus vel in visibus. 35. Infercis : reples. 36. Intemerare : valde contingere, vel populari atque vastare. 37. Iuventus, iuventas, iuventa : iuventus iuvenum multitudo ; Iuventas dea iuventutis ; iuventa ipsa nostra aetas est ; sed nostri in plerisque locis aliter posuerunt. (Verg. A. IV 130 ?) 38. Iubar : splendor solis vel lunae vel stellarum, quod in modum iubarum radii ipsorum extenduntur (Verg. A. IV 130 ?). 39. « In inculta domo » : non culta. 40. Invalitudinariorum : languentium. 41. Impensa : ab impendendo, quod est ërogando ; et scribitur per N. 42. Impraeiudicata : non iudicata, non audita, non cognita. 43. Ingeri est offerri, ut ' ingessit se iudiciis ', id est obtulit. 44. Innixus : innitens, ut si quis baculo innitatur aut columnis fabrica. 45. In burim : in curvationem. (Verg. G. I 170). 46. In propatulo est in aperto ; patula enim et propatula dicuntur loca diffusa et dilatata. 47. Inevitabilis dicitur qui fugi[ri] non potest vel declinari.

## K

1. Kalendae : mensis inceptio. 2. Kaput : prima pars hominis. 3. Kalumnia : iurgium litis.

## L

1. Lamenta dicimus genere neutro numero semper plurali ; ' lamentus ' autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii, cimices non lecti genialis sed s[c]andapilae amphitheatralis. 2. Lepidus mollis dicitur a lepore, quod animal mollissimum est ; facetus vero, qui iocos gestu et factis commendat, a faciendo dictus. 3. Libitina est dea Paganorum, libidinis dea, quam quidam Venerem infernalem esse dixerunt ; tamen et libitina dicitur lectus mortuorum vel locus in quo mortui conduntur. 4. Listrigonae (Laestrygones) gentes sunt crudelissimae, ut Cyclopas diximus. 5. Lepos : urbanitas elegans et mollis ac faceta ; unde homines tales lepidi vocantur. 6. Licet adverbium permittentis esse intellegitur. 7. Libare est leviter aliquid contingere, ut si quis invitatus ad convivium vel potum perexiguum quiddam de esca vel potione sumat. 8. Longe : manifeste, aut valde vel nimium satis. 9. Lituo : virga incurva pastorali generis feminini (Verg. A. VII 187 ?). 10. Lembus : navis brevis (Verg. G. I 201 ?). 11. Lucinam alii Iunonem, alii Dianam dicunt quae parientibus praeest (Verg. G. III 60 ?). 12. Limbo : purpura (Verg. A. IV 137 vel II 616 ?). 13. Lynx : genus ferae agrestis variae, similis leopardo, Libero patri sacratum (Verg. A. I 323 ?). 14. Liberavit

---

32. dixit, scil. declamationis nescioqui scriptor aequalis, potius quam (ut Neue, Formenl. II 50) scriptor antiquus ; nisi quidem revera pseudo-Placidea glossa est. Glossae autem forma Placideam esse declarat.,|| 33. cf. 35. Cf. Gloss. Abstr. IN 83 Infersisti : intulisti (ex Itala ?).|| 36. populare *G*.|||| 37. iuventa dea ... iuventas ipsa *G*.|| 39. demo *R*.|| i. e. ' in inculta ' displicet ; melius est ' in non culta '. Placidus discipuli suasoriam reprehendit.|| 41. ab *et* est *om. R*. Ad Verg. A. XI 228 ?|| 42. aucta *R*. non co. *om. R*|| 43. iudici *G*.|| 44. Innexis *R*.|| 47. fugere *R*.||

L. 1. Lamenta dicimus *om. R* (*non P*). Cf. Journ. Phil. XXXIV 264.|| 2. a fac. dicitur *GP*. Cf. 5.|| 3. Libidinis deam *novum lemma R*. contuantur *P* : contutantur *G*. Ex Hor. S. II 6, 19 ; Iuv. II, 122 ?|| 4. ut Cycl. dix. ; cf. 30 (ut Cyclopes fuisse dicuntur).|| 7. al. lev. *GP*. quoddam *R*. Ad Verg. A I 256 vel V 92 ?|| 8. Longe man. aut *om. R* (ubi haec glossa cum priore coaluit). manifeste aut valde *G B* cf. Serv. A. I., 13, II, 111, V, 406.|| 9. *deest in P*. Lituo *G B* : Litua *R*. pastoralis *GB*.|| 10. cf. 12 ?|| 11. ianam dicunt *G* : ianum dicunt *P*.||

de praeterito per U, liberabit de futuro per B scribitur. 15. Lymphari est bacchari et furia quadam aut daemonibus impletum rotari huc atque illuc et discurrere sicut lympha, id est aqua, huc atque illuc dirivata aut fusa discurrit; sunt quidam qui dicunt lymphatico<s> spiritu quodam aquarum perturbatos agitari (Verg. A. VII 377 ?). 16. Libentia : nomen fictum ab eo quod dicitur libet. 17. Lampenae : stellae quaedam sic dictae. 18. Liniamenta : extremitates corporum, ut puta ubi finitur tendens deorsum auricula; unde pictores liniamenta appellant designationes singulorum locorum in imagine, vel impressiones quas postea coloribus manifestant. 19. Lacus : exceptoriae in qua<s> aqua decurrit; et scribitur una C. 20. « Locis his quae eruerant repletis » : metaphora a fossis; fossae enim erui dicuntur; <dicuntur> et homines erui, si a multitudine detenti liberentur. 21. Lebeta : olla generis feminini (? Verg. A. III, 466, vel V 266 –tas *masc*). 22. Lacessere : metaphora a canibus vel a feris quae solent lacerando provocare; verbum coniugationis tertiae correptae. 23. Laniena : locus ubi animalia mactantur; dictus a laniatura. 24. Laberintus (Labyrinthus) : locus in Creta insula, parietibus obscuris circumtextus, quem aedificavit Daedalus artifex. (Verg. A. V 588 ?). 25. Lacunaria sunt quae cameram subtegunt et ornant; quae et laquearia dicuntur. 26. Loramentis : laquearibus. 27. Lacteus circulus : via quae in sphaera videtur quasi alba; quem alii dicunt animis heroum antiquorum refertum esse et merito resplendere, alii vero viam esse qua circuit sol et ex splendoris ipsius transitu ita lucere. 28. Ludibrium est aliqua res quae ludo et contemptu digna est; modo etiam ludibria pro omnibus criminibus dicimus. 29. Loculos : locus dicitur ad aliquid ponendum in terra factus; unde tractum est per diminutionem ut loculos dicamus et locellos ad vestes vel pecuniam custodiendam. 30. Laestrigones (–ryg–) : feri homines, ut Cyclopes fuisse dicuntur, Italiae vicini. 31. Lancino est lanio frequenter; lancinare per lances dividere. 32. Luum : pestium; hae lues harum luum; lues enim sordes dicuntur elui dignae. 33. Lemniscata : maior palma gladiatorum; est nomen productivum generis feminini.

## M

1. Multifariam, multifarie adverbialiter; utrumque dicimus bene. 2. Magnalia in nullo auctore leguntur, quia est verbum nimis vilissimum, nisi forte in aliquibus antiquis. 3. Malus granata arbor generis feminini; pomum vero generis neutri est. 4. Matur<r>imum etiam et maturissimum dicimus; denique Sallustius in Historiis matur<r>imum magis quam

16. Liveneia *R*.|| 17. quae *R* : quidem *GP*. Lampen– *etiam Anth.* 14. Cf. Gloss. Abba (ex Festo ?) Lampenae : stellae fulgentes. Suspicor hanc glossam non Placidi sed ps– Placidi revera esse et hic alieno loco stare.|| 18. qua po. *GP*.|| 19. exceptio ve *vel* exceptove *vel* exceptio *R*. in quae a. *vel* in qua a. *R* : in quae aquae *P* : in qua *G*. scribet *GP*.||20 Locis que vacua erant repl. *G* (*non P*). enim herbi *R*. denti *R*.|| 21. masculini *P*.|| 25, Ad Verg. A I, 726 vel VIII 25 ?|| 26. Lomentis *R*.|| 27. in sero *R*. heroum *P* : ereum *R* : haeremum *G*. ref. esse *P* : se festum est *R* : se fertur esse *G*.|| 28. contemptui haberi digna *B*.|| 29. Luculos *R*. locus dicimus *R*. locellus *R* : lucellos *GP*.|| 30. a loco Italiae vicino *G* (*non P*.) Cf. 4.|| 31. lancinare –div. *om. GP*.|| 32. arium luum *R*. lu. en. so. dic. eluit igne (cf. Verg. A. VI 142 ?) *G* : id est sordes elui dignao *B* : lu. en. so. dic. *P* : lu. en. dic. *R*.|| 33. Lemisc– *R*.

M.2. legitur *G* (non *P*). Magn. vox Biblica est, v. g. Eccles. 17, 11.|| 4. Maturium *G* (*non P*).

ISTITUTO DI FILOLOGIA LATINA E MEDIOEVALE FACOLTÀ DI MAGISTERO Università di Bologna

maturissimum dicit. 5. Mausolea sunt sepulchra seu monumenta regum maxime Aegyptiorum ; a Mausol[e]o illorum rege dictum est (!) 6. Manubiae dicuntur spolia hostium quae a rege aut duce eiusdem manibus deportantur, ut exuviae et induviae dicuntur. 7. Munifica et munificus dicitur qui alicui multa munera dat ; vel ille qui munus suum, id est officium quod debet, implet, ut puta ' munifica Sicilia imperio Romano ', id est quae ei impositum munus praestet obsequium. 8. Macte verbum est bene alicui optantis, ut Virgilius dicit (Aen. IX 641) « macte nova virtute puer », id est multum aucte, hoc est magne puer et sublimis. 9. Meditullium dicitur locus in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum (!). 10. Murex dicitur coc<h>lea maris acuta, quae alio nomine conchylia (–ium) nominatur, ex qua purpura nobilis inficitur ; dicuntur et murices petrae in litore similes muricis huius, acutissimae et navibus perniciosae. 11. Mysta Graecum est, id est mysterii auctor ; summysta qui sub eo est (!) sive qui conscius mysterii. 12. Mulcifico : frequenter mulceo ; mulcere enim blandire est vel verbis blandis delinire animum ; translatio a mulso, id est melle quod acceptum lenire fauces dolentes aut oppletum sordibus stomachum solet. 13 Mitra : pilleum Phrygium vel Persarum aut ornatus capitis de veste. 14. Mat<t>ia : intestina quae sordes <ex>crevit ; unde mat<t>iarii dicuntur qui eadem tractant aut vendunt. 15. Margo : extrema pars cuiuslibet loci, ut puta maris ; et est generis communis, ut hic et haec margo. 16. « Mulcator corporis » : qui corpora afficit vel cruciat: 17. « Molari exiguo » : saxo brevi vel modico. 18. Morbum regium : genus quoddam morbi, sic nuncupati qui<a> tanto potior est quanto deterior ceteris omnibus. 19. Meritissime : dignissime ; gradus superlativus. 20. « Medullitus capti » : usque ad penetralia medulla detenti. 21. Munia : tributa ; munera vel officia. 22. « Moris quippe habet » : morem vel consuetudinem vel usum habet. 23. Meticulosus : metuendus. 24. Municeps (–cipes) : curialium maiores ; ex eo quod munera fisci idem accipiant. 25. « Mordicus tenens » : morsu quasi tenens. 26. Mutilare est aliquid quod sit integrum detruncare, ut si quis homini manum amputet, mutilabit eum, aut arboris partem aliquam vel aedificii auferat. 27. Menenca (Meninga): in cerebro membrana quaedam vel pars cerebri ; est autem Graecum. 28. Magnopere est ad magnum opus esse quemquam necessarium (!). 29. Minitari est alicui plagas vel caedes minari. 30. Mulcator: delinitor(–len–) compositor ; mulcere

---

|| 5. sunt *GP* : *om*. *R*.|| 6. eiusdem (*l*) *vel* eius de (*p*) *G* : eiusdem *RP*.|| 7. Mu. vel mu. *GP*. ille *om*. *GP*.|| 8. hoc est mu. au. ma *R* (*non P*).|| 9. locus *om*. *R* (*non P*.).|| 10 quae –pern. *om*. *P*. concilio *G* : conchylium *Isid*. (Et. XII 6,50). in leone *R*. sim. murices vivis *G* : sim. muricibus vivis *docti*.|| 11. sive– myst. *om*. *R* (cf. ad 12). co. est myst. *P*.|| 12. Mu. –blandire est *om*. *R* (ubi 11 cum 12 coaluit). Multi– *G* (*non P*.). dele in reani a multo *R*.|| stom. solvit *R*. Cf. 30. || 13. pallium *R*. persacrum *R* : prosatum *G* (*non* t). hornamentus cap. *P* de veste *om*. *R*.|| 14. Matia *G P* : *om R*. intestinae *GP*. s. emittunt *GP*. maticiarii *R*. tr. advendunt *G* (tr. et vendunt *t*).|| 15. extrema *B* : est *G Isid*. (Et. XIV 8 42) : *om*. *RP*.|| 16. cf. 30.|| 17. vel br. vel *R* (*non P*).|| 18. item regium morbum quidam inde existimant dictum quod vino bono et regalibus cibis curetur *add*. *G* (*non P*). Nimirum in *G* coaluere glossa Placidi et glossa ex Isidoro (Etym. IV 8, 13) sumpta.|| 19. gr. sup. *om*. *R* (*non P*.)|| 20. capitque ad *R* (*non P*).|| 21. cf. Serv. auct. A. 12, 520.|| 23. metuens *P* (*recte* ?). || 24. fisci demancipiant *R* (*non P*).|| 26. hominum animam *G* : animam homini *P*. et arbori *G* : et ut arbori *P*. auf. *om*. *R*.|| 30. De verbis Mulcare et Mulcere inter se confusis cf. Loewe, Prodr. 358. Mulcator

enim delinire est ; a mulso dictum. 31. Moliri conari est et aliquid cum mora agere.

N

1. Neglegens usus obtinuit utrumque per G. quamvis et per C in aliquantis legatur, quia C et G unum paene sunt ; nam Gaius, cum G sola sit, invenimus per G et C positam ; ergo hoc participium vel nomen ex duobus integris compositum est, coniunctione disiunctiva et legens participio ; quodsi gradus habeat erit nomen, ut neglegens neglegentior neglegentissimus ; participium neglegens neglectus neglegendus. 2. Nudus illius rei et illa re bene dicimus ; sed frequentius genetivo utimur. 3. Nuptiae, quamquam ab obnubendo puellis capita dicantur, et nubes, unde tractum est, per B scribuntur, tamen usu per P, quia P littera mitior est quam B. 4. Nudiustertius cum I dicimus; et est adverbium temporis. 5. Nequiquam (?) et non significat et non ita et non adeo. 6. Nothus dicitur qui de patre nobili et matre ignobili gignitur ; cui contrarius est spurius qui de matre nobili et patre ignobili generatur. 7. Nihilo setius : nihilo minus vel non aliter. 8. Noctis partes hae, crepusculum, vesperum, concubium, tonocinium (conticinium), intempesta, gallicinium, diluculum et crepusculum matutinum ; intelliguntur autem hoc modo ; crepusculum dicitur, id est creperum quod dubium dicimus, inter lucem et tenebras ; vesperum oriente stella cuius nomen est ; conticinium dicimus quando omnes silent ; conticescere enim silere est ; intempesta <id est importuna, quando agi nihil potest et omnia quieta sunt ; gallicinium> dictum est propter gallos lucis praenuntios ; crepusculum matutinum inter abscessum noctis et diei adventum. 9. Neoterici libri : novi vel recentes. 10. Nucispineum est quod rustici ‘ nuclipineum ’ dicunt. 11. Nepa : scorpius quae natos consumit nisi eum qui dorso eius inhaeserit ; rursum ipse qui servatus fuerit consumit patrem ; unde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt nepotes dicuntur ; hinc quoque nepotatio pro luxuria ponitur, qua certae quaeque res consumuntur. 12« Numeros omnimodos pulsas tuo plectro » :numeros dicit c<h>ordas sive nervos citharae ; nam citharam diversis numeris a veteribus constat esse compositam iuxta <h>armoniam mundi ; unde hi qui ex quattuor elementis constare universa dixerunt, tetrac<h>ordon fecerunt ; quidam pentac<h>ordon, addentes quattuor elementis divinam providentiam; nonnulli <h>eptac<h>ordon iuxta numerum septem deorum, quorum dies nominibus nuncupantur ; alii ennac<h>ordon, qui his septem aduinxerunt caelum et terram, vel propter novenarium ab astagiis (?). 13. Naviter est bene et industrie et caute, ut navis fit vel gubernator (–tur) ; tractum a navi ; unde navi dicuntur boni, ignavi stulti. 14. Nandi : natandi.

---

*etiam Isid.* (Et. X 178). a mulso cf. 12. Cf. 16.|| 31. Conamen et *R* (*non P.*)

N.1. utrimque *Mai.* aliquantis *RP* : aliquis *G.*|| 2. genet. cf. S20. frequenter ius gen. *P.*|| 3. a nubendo *R* : adnubendo (*p*) *vel* ab obnub. (*l*) *G* : ab obnub. *P* (cf. O 13). dicantur connubes R. un. et tr. *P.* scribamus *G* :scribimus *P.* usu *om.* *R.*|| 5. Nequiquam *GPB* : Neunquam *R* : *an* Nequaquam ? Aliena est glossa Cyrill, Μήποτε : ne umquam (i. e. Μή : ne, Ποτέ : umquam).|| 6. cf. Dub. N. 7.|| 7. *ita etiam P.* nihilo aliter *R* (ubi 7 cum 6 coaluit).|| 8. *deest in GP.* cui hoc nomen *Isid.* (N. R. II 2) id est–gallicinium *suppl. Deuerl. ex Isid.*|| 9. Neut– *GP.*|| 10. Nunc speneum *G.* nunc lipidineum *G* : nudipineum *R* : nuclipinium *P.*|| 11. *ita etiam P.* sursum *R.* per *vel* pro luxuriam *ante* ponitur *R.*|| 12. numeris aut aeribus *R.* astigiis *GP.* De Deo ni fallor, dictum.|| 13. na. sit *R* (*non P*).|| 14. Navi nat. *R.*

O

1. Œconomia est ipsa dispositio rei alicuius quae prius ordinatur, ut disponitur domus et sic fabricatur ; sic et a poetis vel ab auctoribus oeconomia prius ordinatur et sic describitur, ut puta ne laederet Iuno per Didonem Troianorum regem ; haec dispositio oeconomia dicitur. 2. Odorifer masculino genere, non ‘ odoriferus ’, quomodo letifer ; feminino haec odorifera ; neutrum hoc odoriferum. 3. Obter nihil est ; ne mendosum sit, et sit aut propter praepositio aut obiter adverbium. 4. Obtundens. obtusus facit praeteriti temporis participium sine N et est verbum activum. 5. Obst<r>udere est aliquid in angustias includere vel impellere ; óbstruere autem si hominem, prohibere, si locum, aedificando claudere. 6. Opobalsamum dicimus sucos balsami, quia, ni fallor, ὀπός sucus dicitur. 7. Orgia Graecum est, id est sacra quae per furorem celebrantur, ut Liberi patris et matris deum ; org<u>ia autem mensura, quod Latine dicitur ulna. 8. Opipare e<s>t opulente divitiis, id est opibus, convivium instructum. 9. Osor dicitur qui alium odio habet ; et est nomen generis communis, hic et haec osor ; ‘ osrix ’ enim dici non potest nisi ab stultis. 10. Occidio dicitur génere feminino haec occidio ; id est, quando multi occiduntur, ipsa res occidio dicitur ; et melius quam ‘ occisio ’, quia occidi dicimus, non ‘ occisi ’ ; verbum est occido. 11. Ortygometra : genus avium, id est coturnices. 12. Oenum : vinum. 13. Obnuberat : cooperuerat ; idcirco nuptiae ab obnubendo puellis capita dicuntur. 14. Opera et operam : opera sunt artes singulorum et artificum ; operam vero adiutorium esse cognoscimus. 15. Oblevit : oblinivit. 16. Orbia : genus quoddam escarum, quod quidam ‘ Saturni o<r>biam ’ vocant. 17. Ornos (–nus) : genus quoddam arboris feminini generis, numeri singularis ; at vero pluraliter orni facit. 18. Oblinire : linare (?). 19. Oraculum : unde responsa dantur, id est funduntur vel praedicantur ; nam et ipsa res, id est responsum quod datur, oraculum dicitur. 20. ‘ Occasio arrisit ’ : op<p>ortuna<m> se praebuit vel secunda successit. 21. Oeconomia est dispositio vel praemeditatio vel praeparatio. 22. Opificium : res aliqua quae in opere est, vel ubi opera fiunt. 23. Obstinatus est qui aliquid praecipitanter et sine revocatione facere festinat. 24. Obesse nocere est ;

---

O. 1. id est *P* : *om. G.* alicuius prius sicut (*vel* s. p.) ordinatur et d. *R.* ordinatur deinde efficitur ut *B.* et ab actoribus *R.* lederetur *R.* Venus rogat Cupidinem ut Didonem faciat amare *post* regem *add. Ambros. C* 243 *inf.* Cf. 21.|| 2. letifer *om. R* (*non P*). Ad Verg. A. XII 419 ?|| 3. Opter *GP.* et fit *R.* ne, i. e. vide ne. Inter praepositiones tamen exhibent Cominianus (ap. Charis. 230, 18), Palaemon (ibid. 231, 22).|| 4. Opt. obtunsus *P.* a verbo activo *G* : advervium activum *P.* Ad Verg. A I 567 ?|| 5. Obstudere *Ambros. C* 243 *inf.* : Obtundere *RG* : Optundere *P.*|| 6. sucus ba. *GP*|| 7. est Gr. *R* : Gr. *P.* orgiam item *P* : orgia item *G* : orgi autem *R.*|| 8. Opyparet opul. *P* : Opipare opul *G.*. *an* Opiparĕ <convivium> est ? *an* opib. id est div. ? Opiparis adiect ab Apuleio usurpatur. Vix cf. ps.–Plac. O 7.|| 9. ab inperitis *G* (*non P*).|| 10. id est *om. P.* quia occidimus non *P.*|| 12. Ad Verg. A. I 532 (Oenotri) ? In PP glossario est Oenum : vinum, Oenotri : Graeci.|| 13. cf. N 3|| 14. *ita etiam P.* et (*alt.*) *om. B.* ve. studium esse *B.*|| 15. oblinuit *G* (*non P.*).|| 16. Sa. obviam *G* : Sa. oviam *P.*|| 17. Ornus *P. an* gen., <ornus>num ?|| 18. *ita etiam P.* linire *Mai* : liniare *Deuerl.*|| 19. fundantur *G P* : fantur *B.* nam, i. e. sed (cf. ad I 1). An sic scribend. « Orac. un. resp. dan. », id est etc. (ita ut nam significet ‘ idcirco accedunt tria illa verba quia ’, etc. ) ?|| 20. oportunitas *Ambros. C* 243 *inf.* (*non P*). Cf. Lactant. Ira 8,5 occ. adriserit.|| 21. cf. 1.|| 22. Op. res *P* : Op. dicitur res *G* : Op. est res *R.*|| 24. alibi *P.*

obesse enim dicitur inimicus alii. 25. Offa<m> : <offa> latrantium » est ; deminutivum of[f]ellam facit ; haec si in os cani iaciatur, satiatus ilico compescitur et silescit. (Verg. A. VI 420 ?)

P

1. Plaudo tibi illam rem' potest bona locutio esse ; prope tale est in Virgilio (Aen. VI. 644) « pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt ». 2. Palpitans est qui animam trahit ; nam ' palpitrans ' non est Latinum, potest tamen a palpebris (-petris ?) venire. 3. Per vitam iurat melius dicimus quam ' vitam iurat ' ; tamen ' iurat vitam ' etiam absolute. 4. Pullos quidem dicimus omnium avium natos ; sed et animalium quadrupedum dicuntur pulli, homoque parvus pullus est, vel recens nati pulli quod polluti ; unde vestis nigra pulla est dicta. 5. Pytho Pythonissa cum H scribitur. 6. Paedor genere masculino dicitur hic paedor et hi paedores, non ' paedora ', ut Lucanus (II. 72) « longusque in carcere paedor ». 7. Putris generis communis est, hic et haec putris, hi et hae putres ; facit neutro hoc putre et haec putria. 8. Pensum : cum N ; a pendendo dictum. 9. Pueras pro puellis et item puellos pro pueris legimus ; nam sexum pro sexu non ponimus nisi per ironiam aliquem turpem virum et muliebria patientem per puellam aut mulierem velimus notare. 10. Pronuba est quae nupti<i>s praeest, quaeque nubentem viro coniungit ; quod officium ad Iunonem pertinet, deam coniunctionis (Verg. A. IV, 166 ?). 11. Procos : id est pronubos (Verg. A. IV, 534 ?). 12. Pulvinus et pulvini genere masculino, neutro pulvinar pulvinaria ; sed pulvinus privati hominis cervical vel culcitra, pulvinar vero ac pulvinaria principum sunt vel regum, id est lectisternia. 13. Pellexeris : persuaseris ; pelliciens persuadens dicitur. 14. Pellex : concubina. 15. Perduelliones : rebelliones per quos bella oriuntur ; duellum enim dicitur quasi duorum bellum. 16. Protelata : dilatata. 17. Prolictabimini (-lect- ?) dicitur et multa (?) significat ; nam prolici est persuaderi, verbum autem eius est prolector. 18. Puberes : iuvenes adulti. 19. Posthumus dicitur puer qui mortuo patre nascitur ; quasi post humum patris, id est post sepulturam ; posthuma puella similiter dicta. 20. Pubes : modo iuventus, modo pars corporis verenda vel potius horrenda. 21. Promulgatum est foras prolatum vel constitutum, ut lex dicitur promulgata ; promulgatum (provulgatum?) autem in omnium notitiam et totius vulgi intimatum. 22. Pellacis : pro (per). blanditias decipientis (Verg. A. II 90 ?) 23. Pila : si brevis PI syllaba, omnis rotunditas, vel de ligno facta qua pueri in triviis ludunt ; si PI longa est, pila dicuntur tela grandia in bello necessaria, generis neutri, ut hoc pilum et haec pila ; item pilam

---

25. canis *Isid.* (Etym. XX 2, 26). sat. — sil. *om. P.*

P. 1. illa *P*: unam *R.* est vergo pedibus *R.*|| 2. palfebris *GP.*|| 3. iurat etiam vitam abs. *RP* : iurat etiam abs. vitam *G.* absolvet *P.*|| 4. et homo *GP.* quod pullum *R.* un. et ves. ni. pu. dicta est *GP.*|| 7. hi et– putria *om. R.* (*non P.*).|| 9. pu. et mu. *R* (*non P.*). 10. nubtiis *P.* coniunctionum *P*|| 11. *om. G.* id est *om. P.*|| 10-11. coniungend. ?|| 12. culcita *GP* : culcitral *R.*|| 13. Plexeris *R* (*non P*).|| 13-14. una glossa ?|| 15. rebellationes per quod *G* (*non P*).|| 16. dillatata *vel* dixstillata *R* : dilata *Deuerl.* qui aliquem differt *add. P.*|| 17. Prolictabimi *R.* verb. –prol. *om. R* (*non P.*).|| multa, i. e. frequentativam actionem ?|| 18. *om. G* (*non P*).|| 19. humationem *Deuerl.* posthuma pu. sim. dic. *om. R* (*non P.*). Ad Verg. A. VI 763 ?|| 20. *ita etiam P.*|| 21. permulg. au. *GP* : *an* pervulg. au.? omnium nuntiam *R*, Bis exhibet *P* (Prom. –int., Perm. in om. not. et to. vu. int.).|| 22. Pellacias *R.*|| 23. et cu. aed. *R* : aut cu. aed. *GP.*

dicimus genere feminino, haec pila, sustentaculum domus et cuiuslibet aedificii (Verg. A. IX 711 ?). 24. Phalaricae sunt tela maiora pilis, bello necessaria (Verg A. IX 705 ?). 25. Pseudomeni dicuntur fallaces a Graeco qui rem aliquam ment<it>ionibus conantur adserere, ut diximus (dicimus ?) de philosophis qui dicunt 'si dico <me> mentiri, et mentior, verum dico'. 26. Pegma est genus machinamenti in theatris exhiberi soliti, quo arte mechanica scenici ludunt variis modis. 27. Pseudothyrum: postic[i]um, id est latens ostium quod semotum est a publico. 28. Pinaces dicuntur imagines mire depictae, id est tabulae marmoreae aequales ; item pinaces genera vasorum sunt. 29. Physica Graecum est, id est naturalia ; physis enim Graece natura dicitur rerum. 30. Penthesilea : Amazonum regina ; Amazones vero erant feminae bellatrices ex genere Scytharum descendentes ; hanc ergo Homerus introducit tempore belli Troici in auxilium Priamo venisse, quam Achilles, unus Graecorum ducum fortissimus, occidit (? Verg. A. I 491 *vel* XI 662). 31. Pelta est genus scuti in modum lunae semis vel magis tertiae aut quartae, quibus eaedem Amazones utuntur in pugna (? Verg. A. I, 490 *vel* XI, 663). 32. Piacularia : sacrilega peccatis plena. 33. Pignora et Pignera : pignora filiorum sunt vel affectuum inter [es] se ; pignera quae creditoribus dantur ; sed utraque confundit auctoritas lectionis. 34. Plagiatores : seductores. 35. Pyriphleget<h>ontas: flumina apud inferos igne flammantia. 36. Privilegia : leges privatorum seu beneficia quae a principibus conceduntur ; sed interdum a quibusdam pro legibus privilegia dicuntur. 37. « Pinnatae plagae » : plagae sunt vincula retiarum extensique funes quibus capiuntur agrestes ferae, in quibus funibus avium eriguntur pennae.

## R

1. Recensiti libri, non ' recenseti'; quomodo praebiti, non 'praebeti'(!) 2. Reliquatum : μεταφορικῶς dictum, liquatum. 3. Reduviae dicuntur spolia serpentum quibus, quotquot annis senescunt, sese exuunt, quasi quibus exuti in iuventam redeunt ; dicuntur enim induviae, exuviae, reduviae. 4. Regulus : nomen serpentis basilisci. 5. Rictus vocatur omnis apertio oris vel patefactio hiatus tam ferae quam hominis ; dicitur et rictus os ipsum simpliciter. 6. Resultatio : id est reluctatio quae renititur et contra contendit ; item resultare dicuntur vocum sonitus, id est reaudiri. 7. Recutiti : Iudaei. 8. Residuus : quasi tardus. 9. Raptari : frequenter rapi. 10. « Romam ex Aquilone Raetiae stringunt »: vel conlimitant vel finibus se ei adiungunt. 11. Robigo a rodendo dicitur ; id est vitium segetum. 12. Resultant : resiliunt. 13. « Regulas proponentes ac magiae

---

24. Palericae *R* (*non P*).|| 23-34. una glossa ?|| 25, *deest in P.* a Gr. *om. R.* me *Deuerl.* (ex Gellio XVIII 2, 10).|| 26. quo autem hec anica *P.*|| 27. *deest in P.* Pseudeorum *G* (-dorum *t*).|| 28. versorum *P.*|| 29. *ita etiam P.*|| 30-31. una glossa ?|| 30. *bis in P.*|| 31. amazone *P.*|| 33. Pignera et Pignora fil. *G*: Pignera et Pignora pignera fil. *P* : Pignora fil. *R.* pignora quae *GP.* lectoris *G.* Cf. Isid. Diff. I 456.|| 35. Piriphlegetantar *P*: Piriplegecontus *G* : Phlegetontas *R.* ignem *RG.*|| 36. Previl- P.|| 37. quae faciunt motu suo ignavis animalibus terrorem *add. P.*

R. 1. Sed longa paenultima apparat in poetis. Cur igitur praebĭti et recensīti inter se conferuntur ?|| 2. d. reliquatum *R* (*non P*).|| 3. cf. 15.|| 5. sim. *om. R* (*non P*).|| 6. contra tendit *G* (*non P*).|| 9. *deest in GP. Immo* Rapter : frequenter rapiar (cf. Dub. P 1).|| 10. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lexic. VI 556). *Ita etiam P.* ||*An* eius ?|| 11. Rub- *R* : Ruv- P. id est vit. seg. *om. R.*|| 12. Ad. Verg. A. V 150 etc. ?|| 13. Relugas *G* : Regulus *R.* magis ceretis hic *G* : magia eretis hic *P* : magiae retectic *R* : *an* magiae haeresis ?

retis (?) » : hic regulas doctrinas vel disciplinas magorum ostendi vult. 14. Reduncum : quasi subrectum, sursum versum curvatum ; cui contrarium est obuncum, deorsum versum curvatum. 15. Reduvius (–as ?) : exuvius (–as ?). 16. Redimiae : res quae redimuntur a praedonibus. 17. Rivales : qui quasi de uno amore descendunt (?). 18. « Renidenti vultu » : interdum laeto et hilari, interdum splendenti ; item florenti, si dicamus ‘ terra renidenti ’. 19. Refervit : iterum recaluit.

S

1. Scamnum deminuit scabillum non ‘ scabellum ’, ut Cicero (pro Cael. 65) « scabilla concrepant ». 2. « Sublinguium sonitum » pessimum (–me) dictum est ; est tamen sonus qui sub lingua sonat, quasi non rectus aut bonus sonitus aut submurmur. 3. Sublevit : sub[i]unxit ; a liniendo. 4-5. Salsamenta sunt omnes res salsae, ut pisces et sardae. Salsuginem puto ipsam rem dici quae facit salsum. 6. Sacrum : media res est, et bonum et malum ; nam dicimus ‘ sacer est<o> ’, id est alicui quem volumus execrari aut occidi, et item consecrari ad bonum, ut : « sacra mari colitur medio gratissima tellus » (Verg. Aen. III 73), ad malum : « auri sacra fames » (Aen. III 57) et « sacrae panduntur portae » (Aen. VI 753-4) ; unde et ignis sacer dicitur ulcus horribile. 7. Sciscitor verbum est commune, id est interrogo vel scire cupio ; aliter non dicimus. 8. Suppliciter legimus non supplicanter quia nomina quae in I finiunt dativo accepta syllaba ter adverbia faciunt, ut suppliciter agiliter velociter ; si vero dicas ‘ huic supplicanti ’, potest fieri supplicanter pro adverbii qualitate ; potest ergo ‘ huic praecipiti ’ ‘ praecipit<it>ter ’ facere iuxta regulam <ut> suppliciter, sed quia euphonia offendit, melius praecipitanter dicimus quam ‘ praecipit<it>er ’. 9. Spondolus est internodium in spina dorsi vel imo eiusdem spinae, quod nomen non est ex disertis sed ex vulgaribus ; qui tamen locus, dum debilitatur, interdum exit et eminet tumens. 10. Sapp<h>irinus scribimus quia lapis sapp<h>iros dicitur. 11. Suggillare est gulam constringere, quomodo dicimus strangulare ; sugillo verbum activum et facit passivum sugillor. 12. Senatus unus et verus Romanus est a senectute appellatus a Romulo qui vel fundavit vel auxit Romam ; hic elegit de exercitu suo seniores centum, quos senatores appellavit ; dicuntur quidem et ceterarum civitatum senatores curiae principes, sed hoc in antiquis, nam

14. nasi *GP* : quasi *R*.|| 15. Redivivus *R* (*non P*). Vix huc pertinet ‘ redubiare ’ (*Anth.* ; infinit. mod.) Cf. 3|| 16. *Ita etiam P*.|| 17. de– *vel* discendunt *G* : discendunt *P*.|| 18. *Ita etiam P*.|| 19. *Ita etiam P*.

S. 1. diminutivum *B* (*non P*). Sequitur in *P* differentia (non tamen plena) ea quae est in Isid. Diff. I 507 (= Ansil. SC 71) inter Sceleratum, scelestum, scelerosum.|| 2. Sublingium *P* : Sublinginum *R*. Pessime *P*. dic. est et transonas qui *R*.|| 3. subiunxit *etiam P*.|| 4-5. una glossa *P*(*recte*).|| 6. est *om. R* (*non P. B*).|| mal. significat *B*. sacer es *B* (*non P*). de bono ut *B*. at malum *B*.|| 7. Sciscitatur *GP*.|| 8. Simpliciter l. et *R*. syll. per scintillam adv. *P* (cf. ad Dub. S 4). velociter *om. R*. <non> potest fieri *Goetz*. offenditur *Deuerl*. Ad Verg. A. I. 481 ?|| 9. int. ispina *P* : int. spina *G*.|| 10. Sapirinus *R* : Sappirnus *G* (*non P*.). sapirinos dic. *R*. Ad Bibl. Ex. 24, 10 ?|| 11. Sugill. *P*. guilam *G* : guillam *P* : regulam *R* qu. di. str. *om. G*. suggilo act. suggilor pass. *R*.|| 12. a Romulo *om. P*. cu. ac principes *R*. sed in hoc. in ant. non sen. d. potest *R*. primordines vel plurimordines *R*. non *om. R*. Ad Verg. A. I 426 ? Glossam non omnino praetermisit *G*, sed ex ea et ex Eutropio (I 2, 1) et ex Isidoro (Etym. IX 4 11-12) duas glossas conflavit (Ansil. SE 320-1).

